

C. IVLI CAESARIS

COMMENTARIORVM

DE BELLO GALLICO

LIBER QVINTVS

Inhoud

Beknopte inleiding.....	5
[1] Scheepsbouw en ingrijpen in Illyria	6
[2] Voorbereidingen voor de tweede invasie.....	8
[3] De Treviri Indutiomarus en Cingetorix.....	10
[4] Caesar steunt Cingetorix.....	11
[5] Verzameld in de haven Itius.....	13
[6] Dumnorix, de Aeduër, stookt.....	14
[7] Dumnorix gedood.....	16
[8] Tweede landing in Britannia	18
[9] Eerste confrontatie gewonnen	20
[10] De vloot op de kust geworpen	22
[11] Herstelwerkzaamheden en Cassivellaunus.....	23
[12] Bevolking van Britannia.....	24
[13] De vorm en maten van Britannia	28
[14] Levenswijze van de Britanni.....	29
[15] Botsing der ruitertijen	30
[16] In het nadeel	31
[17] Overvallen bij foerageren	33
[18] Succesvol de Theems over	34
[19] Guerilla van Cassivellaunus	35
[20] Mandubracius op verzoek van de Trinobantes gestuurd.	36

[21] De vestingstad van Cassivellaunus ingenomen	37
[22] Cassivellaunus capituleert.	38
[23] Terug met de vloot naar Gallia	39
[24] De legioenen verspreid	40
[25] Wraakexpeditie tegen de Carnutes	42
[26] Ambiorix en Catuvolcus vallen af.....	44
[27] Rede van Ambiorix.....	45
[28] L. Aurunculeius' mening	48
[29] Titurius' rede.....	49
[30] Sabinus speelt met het gemoed van de soldaten.....	51
[31] Sabinus' standput wint.	52
[32] In de val.....	53
[33] Paniek, maar Cotta blijft koel.....	54
[34] Falend plan van de vijand	56
[35] Cohort na cohort klem gezet	57
[36] Cotta weet van geen wijken.	58
[37] Sabinus achterbaks gedood	59
[38] Ambiorix jut de Nervi op.....	60
[39] Aanval op het winterkamp van Cicero.....	61
[40] Bezeten voorbereiding op bestorming	62
[41] Cicero wijst voorstellen af.	64
[42] De Nervii gaan over tot belegering.....	65
[43] De Romeinen wijken niet voor vuur.	66
[44] De heldendaden van Pullo en Vorenus.....	68
[45] Eindelijk bereikt Cicero's brief Caesar.	71
[46] Beroep op Crassus, Fabius en Labienus.....	72

[47] Labienus verhinderd.....	72
[48] Caesar komt Cicero te hulp.	74
[49] De Galliërs trekken Caesar tegemoet.	75
[50] Geveinsde angst.....	77
[51] De Galliërs trappen in de val.....	78
[52] Lofprijzingen en bemoedigingen van Caesar	79
[53] Een onrustige winter	80
[54] Onbetrouwbaar berouw van de Senones	82
[55] Indutiomarus zoekt vergeefs steun over de Rijn.	83
[56] De Galliërs scharen zich achter Indutiomarus.	84
[57] Labienus houdt het hoofd koel.	86
[58] Indutiomarus door een list gedood.....	87

Beknopte inleiding

Boek vijf vertelt over de tweede landing in Britannia, de geografie van het land, de bevolking, de capitulatie van Cassivellaunus, de opstand in Gallia van Ambiorix en de dood van Sabinus, hoe uiteindelijk met de dood van Indutiomarus de onrust in het noorden van Gallia dat jaar beëindigd wordt.

[1] Scheepsbouw en ingrijpen in Illyria

L. Domitio Ap. Claudio consulibus¹, discedens ab hibernis² Caesar in Italiam, ut quotannis³ facere consuerat, legatis imperat quos legionibus praefecerat⁴ uti quam plurimas possent hieme naves aedificandas veteresque reficiendas curarent⁵. Earum modum⁶ formamque demonstrat. Ad celeritatem⁷ onerandi⁸ subductionesque⁹ paulo facit humiliores¹⁰ quam quibus in nostro mari uti consuevimus, atque id eo magis, quod propter crebras commutationes¹¹ aestuum¹² minus magnos ibi fluctus fieri cognoverat; ad onera, ad multitudinem iumentorum¹³

¹ 54 v.Chr.

² *hiberna n.pl.* winterkwartier

³ *quotannis* jaarlijks

⁴ *praeficere + dat.* aan het hoofd stellen van

⁵ *curare + acc. + gerundivum* laten

⁶ *modus* soort, vorm, type

⁷ *celeritas* snelheid

⁸ *onerare* laden

⁹ *subductio* het aan land trekken

¹⁰ *humilis* laag

¹¹ *commutatio* wisseling

¹² *aestus* getij

¹³ *iumentum* jukdier

transportandam paulo latiores¹ quam quibus in reliquis utimur maribus. Has omnes actuarias² imperat fieri, quam ad rem multum humilitas³ adiuvat. Ea quae sunt usui⁴ ad armandas naves ex Hispania apportari iubet. Ipse conventibus⁵ Galliae citerioris peractis in Illyricum proficiscitur, quod a Pirustis⁶ finitimam⁷ partem provinciae incursionibus⁸ vastari audiebat. Eo cum venisset, civitatibus milites imperat certumque in locum convenire iubet. Qua re nuntiata Pirustae legatos ad eum mittunt qui doceant nihil earum rerum publico⁹ factum consilio, seseque paratos esse demonstrant omnibus rationibus¹⁰ de iniuriis satisfacere¹¹. Accepta oratione eorum Caesar obsides imperat eosque ad certam diem adduci iubet; nisi ita fecerint, sese bello civitatem persecuturum¹² demonstrat. Eis ad diem adductis, ut

¹ latus	breed
² actuarius	snel zeilend
³ humilitas	geringe hoogte
⁴ usui esse	nuttig zijn
⁵ conventum agere	een landdag houden
⁶ <i>Pirustae, stam in Illyricum</i>	
⁷ finitimus + dat.	naburig aan
⁸ incursio	invasie, raid
⁹ publicus	staats-
¹⁰ ratio	manier
¹¹ satisfacere de	genoegdoening geven voor
¹² persequi	achtervolgen

imperaverat, arbitros¹ inter civitates dat qui litem² aestiment poenamque constituent.

[2] Voorbereidingen voor de tweede invasie

His confectis rebus conventibusque peractis, in citeriorem Galliam revertitur³ atque inde ad exercitum proficiscitur. Eo cum venisset, circuitis⁴ omnibus hibernis, singulari⁵ militum studio in summa omnium rerum inopia⁶ circiter sescentas eius generis cuius supra demonstravimus naves et longas XXVIII invenit instructas⁷ neque multum abesse⁸ ab eo quin paucis diebus deduci possint. Collaudatis⁹ militibus atque eis qui negotio praefuerant¹⁰, quid fieri velit ostendit

¹ arbiter, -tri scheidsrechter, rechter
² lis, litis ruzie; litem aestimare - de schade in een proces vaststellen, iem. een geldboete opleggen
³ reverti terugkeren
⁴ circuire rondgaan, bezoeken, controleren
⁵ singularis uitzonderlijk
⁶ inopia gebrek
⁷ instruere 3 bouwen, voorbereiden
⁸ non multo abest quin + *coni* het is er niet ver vanaf of/dat
⁹ collaudare prijzen
¹⁰ praeesse + *dat*. aan het hoofd staan van

atque omnes ad portum Itium¹ convenire iubet, quo ex portu commodissimum² in Britanniam traiectum esse cognoverat, circiter milium passuum XXX transmissum³ a continenti: huic rei quod satis esse visum est militum reliquit. Ipse cum legionibus expeditis IIII et equitibus DCCC in fines Treverorum proficiscitur, quod hi neque ad concilia veniebant neque imperio parebant Germanosque Transrhenanos sollicitare⁴ dicebantur.



¹ *Portus Itius of Itius Portus (wordt ook wel als Ictius of Iccius geschreven) was een oude Romeinse haven, waarschijnlijk gelegen bij Gesoriacum, het huidige Boulogne-sur-Mer, maar het zou ook het nabijgelegen Wissant kunnen zijn.*

² commodus gemakkelijk, geschikt

³ transmissus 4 overtocht

⁴ sollicitare opruien

[3] De Treviri Indutiomarus en Cingetorix

Haec civitas longe plurimum totius Galliae equitatu valet¹ magnasque habet copias peditum Rhenumque, ut supra demonstravimus, tangit. In ea civitate duo de principatu inter se contendebant², Indutiomarus et Cingetorix; e quibus alter, simul atque³ de Caesaris legionumque adventu cognitum est, ad eum venit, se suosque omnes in officio futuros neque ab amicitia populi Romani defecturos⁴ confirmavit⁵ quaeque in Treveris gererentur ostendit. At Indutiomarus equitatum peditatumque cogere⁶, eisque qui per aetatem⁷ in armis esse non poterant in silvam Arduennam abditis⁸, quae ingenti magnitudine per medios fines Treverorum a flumine Rheno ad initium Remorum pertinet⁹, bellum parare instituit. Sed posteaquam nonnulli principes ex ea civitate et familiaritate¹⁰ Cingetorigis adducti¹¹ et adventu nostri exercitus

¹ valere	vermogen
² contendere 2	zich meten, concurreren
³ simul atque	zodra als
⁴ deficere ab	afvallen van
⁵ confirmare	verzekeren
⁶ cogere 3	bijeenbrengen, op de been brengen
⁷ aetas	leeftijd
⁸ abdere 3	verbergen
⁹ pertinere ad	zich uitstrekken tot
¹⁰ familiaritas	vriendschap
¹¹ adducere	ertoe brengen

perterriti ad Caesarem venerunt et de suis privatim¹ rebus ab eo petere coeperunt, quoniam civitati consulere² non possent, veritus³ ne ab omnibus desereretur Indutiomarus legatos ad Caesarem mittit: sese idcirco⁴ ab suis discedere atque ad eum venire noluisse, quo facilius civitatem in officio contineret⁵, ne omnis nobilitatis discessu⁶ plebs propter⁷ imprudentiam⁸ laberetur⁹: itaque esse civitatem in sua potestate, seseque, si Caesar permetteret, ad eum in castra venturum, suas civitatisque fortunas¹⁰ eius fidei permissurum.

[4] Caesar steunt Cingetorix

Caesar, etsi intellegebat qua de causa ea dicerentur quaeque eum res ab instituto¹¹ consilio deterreret¹², tamen, ne aestatem in Treveris

¹ privatim	voor zichzelf, persoonlijk
² consulere + <i>dat.</i>	zorgen voor
³ vereri	bang zijn
⁴ idcirco	daarom
⁵ continere in + <i>abl.</i>	houden aan
⁶ discessus	het weggaan
⁷ propter + <i>acc.</i>	wegens
⁸ imprudentia	onnadenkendheid
⁹ labi	glijden, zich vergissen, de fout ingaan
¹⁰ fortuna	lot
¹¹ instituere	besluiten
¹² deterrere de	afschrikken van

consumere¹ cogere² omnibus ad Britannicum bellum rebus comparatis, Indutiomarum ad se cum CC obsidibus venire iussit. His adductis, in eis filio propinquisque eius omnibus, quos nominatim² evocaverat, consolatus³ Indutiomarum hortatusque est uti in officio maneret; nihilo tamen setius⁴ principibus Treverorum ad se convocatis hos singillatim⁵ Cingetorigi conciliavit⁶, quod cum⁷ merito⁸ eius a se fieri intellegebat, tum magni interesse⁹ arbitrabatur eius auctoritatem inter suos quam plurimum valere, cuius tam egregiam¹⁰ in se voluntatem¹¹ perspexisset. Id tulit factum graviter¹² Indutiomarus, suam gratiam¹³ inter suos minui¹⁴, et, qui iam ante inimico¹ in nos animo fuisset, multo gravius hoc dolore exarsit².

¹ consumere 3	verbruiken, doorbrengen
² nominatim	bij naam, uitdrukkelijk
³ consolari	troosten
⁴ nihilo tamen setius	desalniettemin
⁵ singillatim	stuk voor stuk
⁶ conciliare + dat.	verzoenen met
⁷ cum ... tum ..	niet alleen ..., maar ook ...
⁸ meritum	verdienste
⁹ magni interest	het is erg belangrijk
¹⁰ egregius	uitstekend
¹¹ voluntas	gezindheid
¹² ferre graviter	zwaar opvatten
¹³ gratia	invloed
¹⁴ minuere 3	verkleinen

[5] Verzameld in de haven Itius

His rebus constitutis³ Caesar ad portum Itium cum legionibus pervenit. Ibi cognoscit LX naves, quae in Meldis⁴ factae erant, tempestate reiectas⁵ cursum tenere non potuisse atque eodem⁶ unde erant profectae revertisse; reliquas paratas ad navigandum atque omnibus rebus instructas⁷ invenit. Eodem equitatus totius Galliae convenit, numero milium quattuor, principesque ex omnibus civitatibus; ex quibus perpaucos⁸, quorum in se fidem perspexerat, relinquere in Gallia, reliquos obsidum loco⁹ secum ducere decreverat¹⁰, quod, cum ipse abesset, motum¹¹ Galliae verebatur.

¹ inimicus	vijandig; <i>inimico animo – abl. qualitatis</i>
² exardere 2	ontvlammen
³ constituere 3	besluiten
⁴ <i>Meldae, Gallische stam tussen de Seine en de Marne</i>	
⁵ reiceere 5	terugwerpen
⁶ eodem	naar dezelfde plek
⁷ instruere 3	voorzien
⁸ perpauci	zeer weinige
⁹ <i>gen. + loco</i>	als
¹⁰ decerenere 3	beslissen
¹¹ motus 4	opstand



[6] Dumnorix, de Aeduër, stookt.

Erat una¹ cum ceteris Dumnorix Aeduus, de quo ante ab nobis dictum est. Hunc secum habere in primis² constituerat, quod eum cupidum³ rerum novarum⁴, cupidum imperi, magni animi, magnae inter Gallos auctoritatis cognoverat. Accedebat huc⁵ quod in concilio Aeduorum Dumnorix dixerat sibi a Caesare regnum civitatis deferri⁶; quod dictum Aedui graviter ferebant, neque recusandi⁷ aut deprecandi¹ causa legatos

-
- | | |
|------------------------------------|-------------------|
| ¹ una <i>adv.</i> | tegelijk |
| ² in primis | vooral |
| ³ cupidus + <i>gen.</i> | verlangend naar |
| ⁴ res novae | opstand |
| ⁵ huc | hierheen, hierbij |
| ⁶ deferre | aanbieden |
| ⁷ recusare | weigeren |

ad Caesarem mittere audebant. Id factum ex suis hospitibus² Caesar cognoverat. Ille omnibus primo precibus³ petere contendit⁴ ut in Gallia relinqueretur, partim⁵ quod insuetus⁶ navigandi mare timeret, partim quod religionibus⁷ impediri⁸ sese diceret. Posteaquam id obstinate⁹ sibi negari vidit, omni spe impetrandi¹⁰ adempta¹¹ principes Galliae sollicitare, sevocare¹² singulos hortarique coepit uti in continenti remanerent, metu¹³ territare¹⁴: non sine causa fieri, ut Gallia omni nobilitate¹⁵ spoliaretur¹⁶; id esse consilium Caesaris, ut quos in conspectu¹⁷ Galliae interficere vereretur¹, hos omnes in Britanniam

¹ deprecari	door smeken proberen af te wenden
² hospes	gast
³ prex	smeekbede
⁴ contendere	zich haasten, zich inspannen
⁵ partim	deels
⁶ insuetus + <i>gen.</i>	niet gewend aan
⁷ religio	godsdienstige verplichting
⁸ impedire	beletten, tegenhouden
⁹ obstinatus	halsstarrig
¹⁰ impetrare	gedaan krijgen
¹¹ adimere 3, -emi, -emptus	ontnemen
¹² sevocare	apart roepen
¹³ metus 4	angst
¹⁴ territare, <i>frequentativum</i>	telkens bang maken; <i>inf. hist.</i>
¹⁵ nobilitas	de adel
¹⁶ spoliare + <i>abl.</i>	beroven van
¹⁷ conspectus	aanblik, zicht

traductos² necaret; fidem reliquis interponere³, iusiurandum⁴ poscere, ut quod esse ex usu⁵ Galliae intellexissent communi⁶ consilio administrarent⁷. Haec a compluribus ad Caesarem deferebantur⁸.



[7] Dumnorix gedood

Qua re cognita Caesar, quod tantum civitati Aeduae dignitatis tribuebat⁹, coercendum¹ atque deterrendum quibuscumque rebus

¹ vereri + <i>inf.</i>	vrezen te
² traducere	overzetten
³ fidem interponere 3	zijn woord geven
⁴ iusiurandum	eed
⁵ esse ex usu	nuttig zijn
⁶ communis	gemeenschappelijk
⁷ administrare	regelen
⁸ deferre	overbrengen
⁹ tribuere 3	toekennen

posset Dumnorigem statuebat; quod longius eius amentiam² progredi³ videbat, prospiciendum⁴, ne quid sibi ac rei publicae nocere posset. Ita que dies circiter XXV in eo loco commoratus⁵, quod Corus⁶ ventus navigationem⁷ impediēbat, qui magnam partem omnis temporis in his locis flare⁸ consuevit, dabat operam⁹ ut in officio Dumnorigem contineret, nihilo tamen setius omnia eius consilia cognosceret: tandem idoneam nactus¹⁰ tempestatem¹¹ milites equitesque conscendere¹² in naves iubet. At omnium impeditis¹³ animis Dumnorix cum equitibus Aeduorum a castris insciente¹⁴ Caesare domum discedere coepit. Qua re nuntiata Caesar intermissa¹⁵ profectio¹ atque omnibus rebus

¹ coercere 2	beteugelen, bestraffen
² amentia	onverstand
³ progredi 5	verdergaan
⁴ prospicere 5	voorzorgsmaatregelen treffen
⁵ commorari	verblijven
⁶ corus	noordwesten wind
⁷ navigatio	het varen
⁸ flare	blazen
⁹ dare operam	moeite doen
¹⁰ nancisci	krijgen
¹¹ tempestatas	weer
¹² conscendere 3	scheepgaan
¹³ impedire animum + gen.	iemand in beslag nemen
¹⁴ insciens	niet wetend
¹⁵ intermittere	uitstellen

postpositis² magnam partem equitatus ad eum insequendum³ mittit retrahique imperat; si vim faciat neque pareat, interfici⁴ iubet, nihil hunc se absente⁵ pro sano⁶ facturum arbitratus, qui praesentis⁷ imperium neglexisset. Ille enim revocatus resistere⁸ ac se manu defendere suorumque fidem implorare⁹ coepit, saepe clamitans¹⁰ liberum se liberaeque esse civitatis. Illi, ut erat imperatum, circumstant hominem atque interficiunt: at equites Aedui ad Caesarem omnes revertuntur.

[8] Tweede landing in Britannia

His rebus gestis, Labieno in continente cum tribus legionibus et equitum milibus duobus relicto ut portus tueretur¹¹ et rem frumentariam provideret quaeque in Gallia gererentur cognosceret consiliumque pro¹² tempore et pro re caperet, ipse cum quinque legionibus et pari numero

¹ profectio	vertrek
² postponere	uitstellen
³ insequi	achtervolgen
⁴ interficere	doden
⁵ absens	afwezig zijnd
⁶ pro sano facere	verstandig handelen
⁷ praesens	aanwezig zijnd
⁸ resistere	weerstand bieden
⁹ implorare	afsmeken
¹⁰ clamitare	telkens roepen
¹¹ tueri	beschermen
¹² pro + <i>abl.</i>	voor, in overeenstemming met

equitum, quem in continenti reliquerat, ad solis occasum naves solvit et leni¹ Africo² provectus³ media circiter nocte vento intermisso⁴ cursum non tenuit, et longius delatus⁵ aestu⁶ orta⁷ luce sub sinistra⁸ Britanniam relictam conspexit. Tum rursus aestus commutationem⁹ secutus remis¹⁰ contendit ut eam partem insulae caperet, qua optimum esse egressum¹¹ superiore aestate cognoverat. Qua in re admodum¹² fuit militum virtus laudanda, qui vectoriis¹³ gravibusque navigiis¹⁴ non intermisso remigandi¹⁵ labore longarum navium cursum adaequarunt¹⁶. Accessum¹⁷ est ad Britanniam omnibus navibus meridiano¹ fere

¹ lenis	zacht
² africanus (ventus)	zuidenwind
³ provehi	uitvaren
⁴ intermitti	gaan liggen
⁵ deferre	uit koers brengen
⁶ aestus 4	stroming, tij
⁷ oriri	ontstaan
⁸ sub sinistra	links onder
⁹ commutatio	verandering
¹⁰ remus	roeispaan
¹¹ egressus 4	ontscheping
¹² admodum	zeer
¹³ vectorius	transport-
¹⁴ navigium	schip
¹⁵ remigare	roeien
¹⁶ adaequare	evenaren
¹⁷ accedere ad	bereiken

tempore, neque in eo loco hostis est visus; sed, ut postea Caesar ex captivis² cognovit, cum magnae manus eo convenissent, multitudine navium perterritae, quae cum annotinis³ privatisque quas sui quisque commodi⁴ fecerat amplius octingentae uno erant visae tempore, a litore discesserant ac se in superiora loca abdiderant⁵.

[9] Eerste confrontatie gewonnen

Caesar exposito⁶ exercitu et loco castris idoneo capto, ubi ex captivis cognovit quo in loco hostium copiae consedissent⁷, cohortibus decem ad mare relictis et equitibus trecentis, qui praesidio⁸ navibus essent, de tertia vigilia⁹ ad hostes contendit, eo minus veritus¹⁰ navibus, quod in litore molli¹¹ atque aperto deligatas¹² ad ancoram relinquebat, et

¹ meridianus	middag-
² captivus	krijgsgevangene
³ annotinus	van vorig jaar
⁴ commodum	voordeel, nut; sui commodi - <i>gen. qualitatis</i>
⁵ abdere 3	verstoppem
⁶ exponere 3	ontschepem
⁷ considerare 3	zich neerlaten
⁸ praesidium	bescherming; <i>dat. finalis</i>
⁹ vigilia	nachtwake
¹⁰ vereri + <i>dat.</i>	vrezen voor
¹¹ mollis	zacht
¹² deligare	vastbinden

praesidio navibus Q. Atrium praefecit. Ipse noctu progressus¹ milia passuum circiter XII hostium copias conspicatus² est. Illi equitatu atque essedis³ ad flumen progressi ex loco superiore nostros prohibere et proelium committere coeperunt. Repulsi ab equitatu se in silvas abdiderunt, locum nacti egregie et natura et opere⁴ munitum⁵, quem domestici⁶ belli, ut videbantur, causa iam ante praeparaverant⁷: nam crebris arboribus succisis⁸ omnes introitus⁹ erant praeclusi¹⁰. Ipsi ex silvis rari¹¹ propugnabant¹² nostrosque intra munitiones ingredi prohibebant. At milites legionis septimae, testudine¹³ facta et aggere¹⁴ ad munitiones¹⁵ adiecto, locum ceperunt eosque ex silvis expulerunt

¹ progredi	voortgaan
² conspicari	in het oog krijgen
³ essedum	strijdwagen
⁴ opus, operis	verschansing
⁵ munire	versterken
⁶ domesticus	huiselijk, burger-
⁷ praeparare	vantevoren gereed maken
⁸ succidere 3	omhakken
⁹ introitus 4	ingang
¹⁰ praecludere 3	afsluiten
¹¹ rarus	verspreid
¹² propugnare	tegenstand bieden
¹³ testudo	schutdak
¹⁴ agger, aggeris	wal
¹⁵ munitio	versterking

paucis vulneribus acceptis. Sed eos fugientes longius Caesar prosequi vetuit, et quod loci naturam ignorabat, et quod magna parte diei consumpta¹ munitioni² castrorum tempus relinqui³ volebat.

[10] De vloot op de kust geworpen

Postridie⁴ eius diei mane⁵ tripertito⁶ milites equitesque in expeditionem⁷ misit, ut eos qui fugerant persequerentur. His aliquantum⁸ itineris progressis, cum iam extremi⁹ essent in prospectu¹⁰, equites a Quinto Atrio ad Caesarem venerunt, qui nuntiarent superiore nocte maxima coorta tempestate¹¹ prope omnes naves adflictas¹² atque in litore eiectas esse, quod neque ancorae funesque¹³ subsisterent¹⁴,

¹ consumere 3	verbruiken
² munitio	het versterken
³ relinquere 3	overlaten
⁴ postridie + gen.	de dag na
⁵ mane	in de ochtend
⁶ tripertito	in drie afdelingen
⁷ expeditio	veldtocht
⁸ aliquantus	vrij veel
⁹ extremus	laatst
¹⁰ prospectus 4	gezichtsveld
¹¹ tempestas	storm
¹² adfligere 3	havenen
¹³ funis	kabel
¹⁴ subsistere 3	standhouden

neque nautae gubernatoresque vim tempestatis pati possent; itaque ex eo concursu¹ navium magnum esse incommodum² acceptum.

[11] Herstellwerkzaamheden en Cassivellaunus

His rebus cognitis Caesar legiones equitatumque revocari atque in itinere resistere iubet, ipse ad naves revertitur; eadem fere quae ex nuntiis litterisque³ cognoverat coram⁴ perspicit, sic ut amissis⁵ circiter XL navibus reliquae tamen refici posse magno negotio⁶ viderentur. Itaque ex legionibus fabros⁷ deligit et ex continenti alios arcessi⁸ iubet; Labieno scribit, ut quam plurimas posset eis legionibus, quae sunt apud eum, naves instituat⁹. Ipse, etsi res erat multae operae¹⁰ ac laboris, tamen commodissimum¹¹ esse statuit omnes naves subduci¹² et cum castris

¹ concursus 4	het tegen elkaar botsen
² incommodum	schade
³ litterae	geschreven bericht
⁴ coram	met eigen ogen
⁵ amittere 3	verliezen
⁶ magno negotio	met veel moeite
⁷ faber, fabri	ambachtsman
⁸ arcessere 3	ontbieden
⁹ instituere 3	inzetten
¹⁰ opera	energie, inzet
¹¹ commodus	doelmatig, geschikt
¹² subducere 3	aan land trekken

una munitione coniungi¹. In his rebus circiter dies X consumit² ne nocturnis quidem temporibus ad laborem militum intermissis³. Subductis navibus castrisque egregie munitis easdem copias, quas ante, praesidio navibus reliquit: ipse eodem unde redierat proficiscitur. Eo cum venisset, maiores iam undique in eum locum copiae Britannorum convenerant summa⁴ imperi bellique administrandi communi consilio permissa Cassivellauno, cuius fines a maritimis civitatibus flumen dividit, quod appellatur Tamesis, a mari circiter milia passuum LXXX. Huic superiore tempore cum reliquis civitatibus continentia⁵ bella intercesserant⁶; sed nostro adventu permoti Britanni hunc toti bello imperioque praefecerant.

[12] Bevolking van Britannia

Britanniae pars interior ab eis incolitur⁷ quos natos in insula ipsi memoria proditum⁸ dicunt, maritima⁹ ab eis, qui praedae ac belli

¹ coniungere 3	verbinden
² consumere 3	gebruiken
³ intermittere 3	onderbreken
⁴ summa	hoogste plaats
⁵ continens	zonder ophouden, voortdurend
⁶ intercedere 3	zich voordoen
⁷ incolere 3	bewonen
⁸ memoria prodere 3	door mondelinge overlevering meedelen
⁹ maritima (pars)	het deel aan zee

inferendi causa ex Belgio¹ transierunt (qui omnes fere² eis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt) et bello illato ibi permanserunt atque agros colere coeperunt. Hominum est infinita³ multitudo creberrimaque⁴ aedificia fere Gallicis consimilia⁵, pecorum magnus numerus. Utuntur aut aere⁶ aut nummo⁷ aureo aut taleis⁸ ferreis ad certum pondus⁹ examinatis¹⁰ pro nummo. Nascitur ibi plumbum¹¹ album in mediterraneis¹² regionibus, in maritimis ferrum, sed eius exigua¹³ est copia; aere utuntur importato. Materia¹⁴ cuiusque generis ut in Gallia est, praeter fagum¹⁵ atque abietem¹⁶. Leporem¹⁷ et

¹ Belgium	Belgisch Gallia
² fere	bijna, ongeveer, gewoonlijk
³ infinitus	oneindig
⁴ creber	talrijk
⁵ consimilis + <i>dat.</i>	lijkend op
⁶ aes <i>n.</i> aeris	brons
⁷ nummus	munten
⁸ talea ferrea	ijzeren staafje
⁹ pondus	gewicht
¹⁰ examinare	afwegen
¹¹ plumbum album	tin
¹² mediterraneus	binnenlands
¹³ exiguus	gering
¹⁴ materia	hout
¹⁵ fagus	eik
¹⁶ abies	den(nehout)
¹⁷ lepor	haas

gallinam¹ et anserem² gustare³ fas⁴ non putant; haec tamen alunt animi voluptatisque causa. Loca sunt temperatiora⁵ quam in Gallia, remissioribus⁶ frigoribus⁷.

¹ gallina	hoen
² anser	gans
³ gustare	eten
⁴ fas	geoorloofd
⁵ temperatus	gematigd
⁶ remissus	zacht, mild
⁷ frigus, frigoris	koude



[13] De vorm en maten van Britannia

Insula natura triquetra¹, cuius unum latus est contra Galliam. Huius lateris alter angulus, qui est ad Cantium², quo fere omnes ex Gallia naves appellantur, ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat. Hoc latus pertinet³ circiter milia passuum quingenta. Alterum vergit ad Hispaniam atque occidentem solem; qua ex parte est Hibernia⁴, dimidio⁵ minor, ut aestimatur, quam Britannia, sed pari⁶ spatio⁷ transmissus⁸ atque ex Gallia est in Britanniam. In hoc medio cursu est insula, quae appellatur Mona⁹: complures praeterea minores subiectae¹⁰ insulae existimantur, de quibus insulis nonnulli scripserunt dies continuos¹¹ triginta sub bruma¹² esse noctem. Nos nihil de eo percontationibus¹³

¹ triquetrus	driehoekig
² Cantium	Kent, in het zuidoosten van Engeland
³ pertinere 2	zich uitstrekken
⁴ Hibernia	Ierland
⁵ dimidium	de helft; <i>abl. comparationis</i>
⁶ par ... atque...	dezelfde als
⁷ <i>abl. qual.</i>	
⁸ transmissus 4	de overtocht
⁹ Mona	naam v.e. eiland tussen Engeland en Ierland: Anglesey
¹⁰ subiectus	eronder liggend
¹¹ continuus	aaneengesloten
¹² bruma	winter
¹³ percontatio	ondervraging, vraag

reperiebamus, nisi certis ex aqua¹ mensuris² breviores esse quam in continenti noctes videbamus. Huius est longitudo lateris, ut fert illorum opinio, septingentorum milium. Tertium est contra septentriones; cui parti nulla est obiecta³ terra, sed eius angulus lateris maxime ad Germaniam spectat. Hoc milia passuum octingenta in longitudinem esse existimatur. Ita omnis insula est in circuitu vicies⁴ centum milium passuum.

[14] Levenswijze van de Britanni

Ex his omnibus longe sunt humanissimi⁵ qui Cantium incolunt, quae regio est maritima omnis, neque multum a Gallica differunt⁶ consuetudine⁷. Interiores plerique frumenta non serunt⁸, sed lacte⁹ et carne vivunt pellibusque sunt vestiti¹⁰. Omnes vero se Britanni vitro¹¹

¹ ex aqua	volgens de waterklok
² mensura	meting
³ obiectus + <i>dat.</i>	gelegen tegenover
⁴ vicies	twintigmaal
⁵ humanus	beschaafd
⁶ differre ab	verschillen van
⁷ consuetudo	gewoonte
⁸ serere 3	zaaien
⁹ lac, lactis	melk
¹⁰ vestire	kleden
¹¹ vitrum	wede, blauwe verf

inficiunt¹, quod caeruleum² efficit colorem, atque hoc horridiores³ sunt in pugna aspectu⁴; capilloque⁵ sunt promisso⁶ atque omni parte corporis rasa⁷ praeter caput et labrum⁸ superius. Uxores habent deni⁹ duodenique inter se communes¹⁰ et maxime fratres cum fratribus parentesque cum liberis; sed qui sunt ex his nati, eorum habentur liberi, quo¹¹ primum¹² virgo quaeque deducta¹³ est.

[15] Botsing der ruiten

Equites hostium essedarii¹⁴ acriter proelio cum equitatu nostro in itinere conflixerunt¹⁵, tamen ut nostri omnibus partibus superiores

¹ inficere 5	kleuren, verven
² caeruleus	blauw
³ horridus	huiveringwekkend
⁴ aspectus	aanblik
⁵ capillus	haar
⁶ promissus	lang
⁷ rasus	geschoren
⁸ labrum	lip
⁹ deni <i>m.pl.</i>	ieder tien
¹⁰ communi	gemeenschappelijk
¹¹ quo = ad quos	
¹² primum	de eerste keer
¹³ deducere 3	naar zijn huis voeren, trouwen
¹⁴ essedarius	wagenstrijder
¹⁵ configere 3	slaagsraken

fuerint atque eos in silvas collesque compulerint; sed compluribus interfectis cupidius¹ insecuti nonnullos ex suis amiserunt. At illi intermisso spatio² imprudentibus³ nostris atque occupatis in munitione castrorum subito se ex silvis eiecerunt impetuque in eos facto qui erant in statione pro castris collocati⁴, acriter pugnaverunt, duabusque missis subsidio⁵ cohortibus a Caesare atque eis primis legionum duarum, cum hae perexiguo⁶ intermisso loci spatio inter se constitissent⁷, novo genere pugnae perterritis nostris per medios audacissime perruperunt seque inde incolumes⁸ receperunt. Eo die Quintus Laberius Durus, tribunus militum, interficitur. Illi pluribus submissis⁹ cohortibus repelluntur.

[16] In het nadeel

Toto hoc in genere pugnae, cum sub oculis omnium ac pro castris dimicaretur¹⁰, intellectum est nostros propter gravitatem armorum,

¹ cupidus	ambitieu
² spatium	tijd(ruimte)
³ imprudens	argeloos
⁴ collocare	plaatsen
⁵ subsidium	hulp; <i>dat. finalis</i>
⁶ perexiguus	zeer gering
⁷ consistere 3	halt houden, posities innemen
⁸ incolumis	ongedeerd
⁹ submittere 3	te hulp sturen
¹⁰ dimicare	strijden

quod neque insequi cedentes¹ possent neque ab signis² discedere auderent, minus aptos³ esse ad huius generis hostem, equites autem magno cum periculo proelio dimicare, propterea quod illi etiam consulto⁴ plerumque cederent et, cum paulum ab legionibus nostros removissent, ex essedis desilirent et pedibus dispari⁵ proelio contenderent. Equestris autem proeli ratio⁶ et cedentibus et insequentibus par atque idem periculum inferebat. Accedebat huc ut numquam conferti⁷ sed rari⁸ magnisque intervallis proeliarentur⁹ stationesque¹⁰ dispositas¹¹ haberent, atque alios alii deinceps¹² exciperent¹³, integrique¹⁴ et recentes¹⁵ defetigatis¹ succederent².

¹ cedere 3	wijken
² signum	veldteken
³ aptus	geschikt, aangepast
⁴ consulto	met opzet
⁵ dispar	ongelijk
⁶ ratio	manier
⁷ confertus	opeengedrongen
⁸ rarus	verspreid
⁹ proeliari	strijden
¹⁰ statio	post, troepenafdeling
¹¹ dispositus	verspreid
¹² deinceps	achtereenvolgens
¹³ excipere 5	aflossen
¹⁴ integer	ongeschonden
¹⁵ recens	fris

[17] Overvallen bij foerageren

Postero die procul a castris hostes in collibus constiterunt rarique se ostendere et lenius³ quam pridie nostros equites proelio lacessere coeperunt. Sed meridie⁴, cum Caesar pabulandi⁵ causa tres legiones atque omnem equitatum cum Gaio Trebonio legato misisset, repente ex omnibus partibus ad pabulatores advolaverunt, sic uti ab signis legionibusque non absisterent⁶. Nostri acriter in eos impetu facto reppulerunt neque finem sequendi fecerunt, quoad⁷ subsidio confisi⁸ equites, cum post se legiones viderent, praecipites⁹ hostes egerunt magnoque eorum numero interfecto neque sui colligendi¹⁰ neque consistendi aut ex essedis desiliendi facultatem¹¹ dederunt. Ex hac fuga protinus¹², quae undique¹ convenerant, auxilia discesserunt, neque post id tempus umquam summis² nobiscum copiis hostes contenderunt.

¹ defetigatus

afgemat

² succedere + *dat.*

in de plaats komen van

³ lenis

kalm

⁴ meridie

in de middag

⁵ pabulari

foerageren

⁶ non absistere 3 ab

zich niet verwijderen van; *litotes*: doordringen tot

⁷ quoad

zolang als, totdat

⁸ confisus + *dat.*

vertrouwend op

⁹ praiceps

ijlings, halsoverkop

¹⁰ colligere 3

verzamelen

¹¹ facultas

gelegenheid

¹² protinus

onmiddellijk

[18] Succesvol de Theems over

Caesar cognito consilio eorum ad flumen Tamesim in fines Cassivellauni exercitum duxit; quod flumen uno omnino³ loco pedibus, atque hoc aegre⁴, transiri potest. Eo cum venisset, animum advertit⁵ ad alteram fluminis ripam magnas esse copias hostium instructas. Ripa autem erat acutis⁶ sudibus⁷ praefixis⁸ munita, eiusdemque generis sub aqua defixae sudes flumine tegebantur. His rebus cognitis a captivis perfugisque⁹ Caesar praemisso equitatu confestim¹⁰ legiones subsequi iussit. Sed ea celeritate atque eo impetu milites ierunt, cum capite solo ex aqua exstarent¹¹, ut hostes impetum legionum atque equitum sustinere non possent ripasque dimitterent¹² ac se fugae mandarent¹³.

¹ undique	van alle kanten
² summae copiae	volledige strijdmacht
³ omnino	in het geheel, in totaal slechts
⁴ aegre	met moeite
⁵ animum advertere 3	opmerken
⁶ acutus	scherp
⁷ sudis	paal
⁸ praefigere 3	aan de voorkant/in de oever bevestigen
⁹ perfuga	overloper
¹⁰ confestim	ijlings
¹¹ extare	uitsteken
¹² dimittere 3	opgeven
¹³ mandare	toevertrouwen

[19] Guerilla van Cassivellaunus

Cassivellaunus, ut supra demonstravimus, omni deposita spe contentionis¹ dimissis amplioribus² copiis milibus circiter quattuor essedariorum relictis itinera nostra servabat³ paulumque⁴ ex via excedebat⁵ locisque impeditis⁶ ac silvestribus sese occultabat, atque eis regionibus quibus nos iter facturos cognoverat pecora atque homines ex agris in silvas compellebat⁷ et, cum equitatus noster liberius praedandi vastandique causa se in agros eiecerat⁸, omnibus viis semitisque⁹ essedarios ex silvis emittebat et magno cum periculo nostrorum equitum cum eis confligebat atque hoc metu latius vagari prohibebat¹⁰. Relinquebatur¹¹ ut neque longius ab agmine legionum discedi Caesar pateretur, et tantum in agris vastandis incendiisque faciendis hostibus

¹ contentio	een treffen, gevecht
² amplus	groot, aanzienlijk
³ servare	observeren
⁴ paulum	een beetje
⁵ excedere 3 ex	afwijken van
⁶ impeditus	ontoegankelijk
⁷ compellere 3	bijeendrijven
⁸ se eicere 5	naar buiten stormen
⁹ semita	pad
¹⁰ <i>object</i> eos	
¹¹ relinquere 3	overlaten

noceretur, quantum labore atque itinere legionarii milites efficere poterant.

[20] Mandubracius op verzoek van de Trinobantes gestuurd.

Interim Trinobantes¹, prope firmissima earum regionum civitas, ex qua Mandubracius adulescens Caesaris fidem secutus² ad eum in continentem Galliam venerat, cuius pater in ea civitate regnum obtinuerat interfectusque erat a Cassivellauno, ipse fuga mortem vitaverat³, legatos ad Caesarem mittunt pollicenturque sese ei dedituros atque imperata facturos; petunt, ut Mandubracium ab iniuria Cassivellauni defendat⁴ atque in civitatem mittat, qui praesit⁵ imperiumque obtineat. His Caesar imperat obsides quadraginta

¹ *De Trinobantes of Trinobantes waren een Keltische staat of stam die een gebied in het zuidoosten van prehistorisch Britannia bestreek, voor de Romeinse invasie van Brittannië in 43. Hun territorium strekte zich uit aan de noordzijde van de monding van de Theems in het huidige Essex en Suffolk, en omvatte een gebied dat thans in Greater London is gelegen. Aan de noordzijde werd hun gebied begrensd door dat van de Iceni, en in het westen waren het de Catuvellauni.*

² fidem sequi de bescherming zoeken

³ vitare vermijden

⁴ defendere 3 ab verdedigen tegen

⁵ praesesse (+ dat.) aan het hoofd staan van (*sc. suae civitati*)

frumentumque exercitui Mandubraciumque ad eos mittit. Illi imperata celeriter fecerunt, obsides ad¹ numerum frumentumque miserunt.

[21] De vestingstad van Cassivellaunus ingenomen

Trinobantibus defensis atque ab omni militum inuria prohibitis² Cenimagni, Segontiaci, Ancalites, Bibroci, Cassi legationibus missis sese Caesari dedunt. Ab his cognoscit non longe ex eo loco oppidum Cassivellauni abesse silvis paludibusque munitum, quo satis³ magnus hominum pecorisque numerus convenerit. Oppidum autem Britanni vocant, cum silvas impeditas vallo atque fossa munierunt, quo incursionis⁴ hostium vitandae causa convenire consuerunt. Eo proficiscitur cum legionibus: locum reperit egregie natura atque opere munitum; tamen hunc duabus ex partibus oppugnare contendit⁵. Hostes paulisper⁶ morati⁷ militum nostrorum impetum non tulerunt seseque alia ex parte oppidi eiecerunt. Magnus ibi numerus pecoris repertus, multique in fuga sunt comprehensi atque interfecti.

¹ ad numerum	het voltallig aantal
² prohibere a	beschermen tegen
³ satis	tamelijk, zeer
⁴ incursio	inval
⁵ contendere 3	zijn best doen, zich haasten
⁶ paulisper	eventjes
⁷ morari	verhinderen, vertragen

[22] Cassivellaunus capituleert.

Dum haec in his locis geruntur, Cassivellaunus ad Cantium, quod esse ad mare supra demonstravimus, quibus regionibus quattuor reges praeerant, Cingetorix, Carvilius, Taximagulus, Segovax, nuntios mittit atque eis imperat uti coactis omnibus copiis castra navalia¹ de improviso² adoriantur³ atque oppugnent. Ei cum ad castra venissent, nostri eruptione facta multis eorum interfectis, capto etiam nobili duce Lugotorige suos incolumes⁴ reducerunt. Cassivellaunus hoc proelio nuntiato tot detrimentis⁵ acceptis, vastatis finibus, maxime etiam permotus defectione⁶ civitatum legatos per Atrebatem Commium de deditioe ad Caesarem mittit. Caesar, cum constituisset hiemare in continenti propter repentinos⁷ Galliae motus⁸, neque multum aestatis superesset, atque id facile extrahi⁹ posse intellexeret, obsides imperat et quid in annos singulos vectigalis¹⁰ populo Romano Britannia

¹ navalis	scheeps-
² de improviso	onverwacht
³ adoriri	aanvallen
⁴ incolumis	ongedeerd
⁵ detrimentum	verlies
⁶ defectio	het afvallen
⁷ repentinus	plotseling
⁸ motus	beweging, oproer
⁹ extrahere 3	rekken
¹⁰ vectigalis + dat.	belastingplichtig aan

penderet¹ constituit; interdicet² atque imperat Cassivellauno, ne Mandubraccio neu Trinobantibus noceat.

[23] Terug met de vloot naar Gallia

Obsidibus acceptis exercitum reducit ad mare, naves invenit refectas³. His deductis, quod et captivorum magnum numerum habebat, et nonnullae tempestate deperierant⁴ naves, duobus commeatibus⁵ exercitum reportare instituit. Ac sic accidit, uti ex tanto navium numero tot navigationibus⁶ neque hoc neque superiore anno ulla omnino navis, quae milites portaret, desideraretur⁷; at ex eis, quae inanes⁸ ex continenti ad eum remitterentur et prioris commeatus expositis militibus et quas postea Labienus faciendas curaverat numero LX, perpaucae⁹ locum caperent, reliquae fere omnes reicerentur. Quas cum aliquamdiu¹⁰ Caesar frustra expectasset, ne anni tempore a navigatione

¹ pendere 3	betalen
² interdicere 3	verbieden
³ reficere 5	herstellen
⁴ deperire	vergaan
⁵ commeatus 4	konvooi, transport
⁶ navigatio	zeereis
⁷ desiderare	missen
⁸ inanis	leeg
⁹ perpauca, -ae, -a	zeer weinige
¹⁰ aliquamdiu	tamelijk lang

excluderetur¹, quod aequinoctium suberat², necessario³ angustius⁴
milites collocavit ac summa tranquillitate⁵ consecuta, secunda inita cum
solvisset⁶ vigilia, prima luce terram attigit⁷ omnesque incolumes naves
perduxit.⁸

[24] De legioenen verspreid

Subductis⁹ navibus concilioque Gallorum Samarobrivae¹⁰ peracto, quod
eo anno frumentum in Gallia propter siccitates¹¹ angustius¹²

¹ excludere 3 ab

uitsluiten van

² subesse

aanstaande zijn

³ necessario

noodzakelijkerwijs

⁴ angustius

dichter op elkaar

⁵ tranquillitas

rust

⁶ solvere 3

de zee op gaan

⁷ attingere 3

landen

⁸ perducere

overzetten

⁹ subducere

aan land trekken

¹⁰ *De Gallo-Romeinse naam van de stad was Samarobriva, wat in de lokale taal «brug (briva) over de Somme (Samara)» betekende. Net als in veel andere plaatsen in Gallië is de lokale naam van de Gallische stam, de Ambiani, later ook de naam van hun hoofdstad geworden, De naam Samarobriva is vervangen door de meervoud accusatiefvorm "Ambienos" of van het meervoud ablatief-locatief "Ambianis".*

¹¹ siccitas

droogte

¹² angustus

beperkt

provenerat¹, coactus est aliter ac² superioribus annis exercitum in hibernis collocare legionesque in plures civitates distribuere³. Ex quibus unam in Morinos ducendam Gaius Fabio legato dedit, alteram in Nervios Quinto Ciceroni⁴, tertiam in Esubios Lucio Roscio; quartam in Remis cum Tito Labieno in confinio⁵ Treverorum hiemare iussit. Tres in Belgis collocavit: eis Marcum Crassum quaestorem et Lucium Munatium Plancum et Gaium Trebonium legatos praefecit. Unam legionem, quam

¹ provenire opkoomen, groeien

² aliter ac anders dan

³ distribuere 3 verdelen

⁴ *Quintus Tullius Cicero (ca. 103 v.Chr. - 43 v.Chr.) was een jongere broer van de beroemde redenaar Marcus Tullius Cicero. In 54-53 v.Chr. diende hij als legaat onder Caesar in de Gallische Oorlog. Toen zijn legioen in Nervië in huidig België in winterkwartier lag, werd het aangevallen door een coalitie van Eburonen, Atuatici, Nerviërs en een aantal kleinere Gallische stammen. Quintus Tullius liet zich echter - in tegenstelling tot Sabinus en Cotta vóór hem - niet uit zijn versterkte kamp lokken. Zijn troepen hadden grote moeite om de woeste aanvallen van de Galliërs af te slaan, maar hielden stand tot ze door Caesar werden ontzet. Later, na de moord op Caesar, zou Quintus Tullius door Marcus Antonius net als zijn beroemdere broer gerekend worden tot de sympathisanten met de moordenaars van Caesar, zodat hij op de proscriptielijst kwam. In het jaar 43 v.Chr. werd ook hij op last van Marcus Antonius vermoord. Quintus Tullius Cicero schreef hoogst waarschijnlijk de Commentariolum petitionis, met tips aan zijn broer Marcus voor de consulaire verkiezingscampagne van 64 v.Chr. In omgekeerde richting zijn de brieven van Marcus aan Quintus bewaard.*

⁵ confinium grensgebied

proxime trans Padum conscripserat¹, et cohortes V in Eburones, quorum pars maxima est inter Mosam ac Rhenum, qui sub imperio Ambiorigis et Catuvolci erant, misit. Eis militibus Quintum Titurium Sabinum et Lucium Aurunculeium Cottam legatos praeesse iussit. Ad hunc modum² distributis legionibus facillime inopiae³ frumentariae sese mederi⁴ posse existimavit⁵. Atque harum tamen omnium legionum hiberna praeter eam, quam Lucio Roscio in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat, milibus passuum centum continebantur⁶. Ipse interea, quoad legiones collocatas munitaque hiberna cognovisset, in Gallia morari constituit.

[25] Wraakexpeditie tegen de Carnutes

Erat in Carnutibus⁷ summo loco natus Tasgetius, cuius maiores in sua civitate regnum obtinuerant. Huic Caesar pro¹ eius virtute atque in se

¹ conscribere 3

lichten

² modus

manier

³ inopia

gebrek

⁴ mederi + *dat.*

zorgen voor

⁵ existimare

menen

⁶ contineri 2 + *abl.*

zich beperken tot, blijven in

⁷ *De Carnutes (Latijn: Carnutes, Carnuti) waren een sterk Keltisch volk in het hart van onafhankelijk Gallië. Ze bewoonden een uitzonderlijk groot gebied tussen de Sequana (Seine) en de Liger (Loire). Hun landen komen tegenwoordig overeen met het bisschoppelijk gebied van Chartres, Orléans en Blois; of het grootste gebied van de*

benevolentia, quod in omnibus bellis singulari eius opera² fuerat usus, maiorum locum restituerat³. Tertium iam hunc annum regnantem inimici, multis palam⁴ ex civitate eius auctoribus⁵, eum interfecerunt. Defertur⁶ ea res ad Caesarem. Ille veritus, quod ad plures pertinebat⁷, ne civitas eorum impulsu⁸ deficeret⁹, Lucium Plancum cum legione ex Belgio celeriter in Carnutes proficisci iubet ibique hiemare quorumque opera cognoverat Tasgetium interfectum¹⁰, hos comprehensos¹¹ ad se mittere. Interim ab omnibus legatis quaestoreque, quibus legiones

departementen Eure-et-Loir, Loiret en Loir-et-Cher. Het gebied van de Carnutes stond bij de Romeinen bekend als het politieke en religieuze centrum van de Gallische naties. De belangrijkste versterkte steden waren Cenabum (Orléans) en Autricum (Chartres). De grote jaarlijkse vergadering van druiden, vermeld door Iulius Caesar, moet plaatsgevonden hebben in een van deze steden.

- | | |
|-------------------------------|-----------------------------|
| ¹ pro + abl. | wegens |
| ² opera | inzet, inspanning |
| ³ restituere 3 | teruggeven |
| ⁴ palam | openlijk |
| ⁵ auctor | adviseur |
| ⁶ deferre | berichten |
| ⁷ pertinere ad | betreffen |
| ⁸ impulsus 4 | aandrang |
| ⁹ deficere 5 | afvallen |
| ¹⁰ interficere 5 | doden; interfectum sc. esse |
| ¹¹ comprehendere 3 | grijpen, arresteren |

tradiderat, certior factus est¹ in hiberna perventum² locumque hibernis esse munitum.



[26] Ambiorix en Catuvolcus vallen af.

Diebus circiter XV, quibus in hiberna ventum est, initium repentini tumultus ac defectionis ortum est ab Ambiorige et Catuvolco; qui, cum ad fines regni sui Sabino Cottaque praesto fuissent³ frumentumque in hiberna comportavissent, Indutiomari Treveri nuntiis impulsu suos concitaverunt⁴ subitoque oppressis lignatoribus⁵ magna manu ad castra

¹ alqm certiore facere

² sc. esse

³ praesto esse + *dat.*

⁴ concitare

⁵ lignator

iem. op de hoogte stellen

ten dienste zijn

opruien

houtsprokkelaar

oppugnatum¹ venerunt. Cum celeriter nostri arma cepissent vallumque adscendissent² atque una ex parte Hispanis equitibus emissis³ equestri proelio superiores fuissent⁴, desperata re hostes suos ab oppugnatione reducerunt. Tum suo more conclamaverunt, uti aliqui ex nostris ad colloquium prodiret⁵: habere sese, quae de re communi dicere vellent, quibus rebus controversias⁶ minui⁷ posse sperarent.

[27] Rede van Ambiorix

Mittitur ad eos colloquendi⁸ causa Gaius Arpineius, eques Romanus, familiaris⁹ Quinti Tituri, et Quintus Lunius ex Hispania quidam, qui iam ante¹⁰ missu¹¹ Caesaris ad Ambiorigem ventitare consuerat; apud quos Ambiorix ad hunc modum locutus est: Sese pro Caesaris in se beneficiis plurimum ei confiteri¹² debere¹, quod eius opera stipendio² liberatus³

¹ *sup. l.*: om te

² adscendere 3

beklimmen

³ emittere 3

naar buiten sturen

⁴ superior esse

de overhand hebben

⁵ prodire

naar voren komen

⁶ conversia

geschil(punt)

⁷ minuere

verminderen

⁸ colloqui

een gesprek voeren

⁹ familiaris

bekende, slaaf

¹⁰ ante

eerder

¹¹ missus

zending

¹² confiteri

bekennen, danken

esset, quod Aduatucis, finitimis suis, pendere⁴ consuisset, quodque ei⁵ et filius et fratris filius ab Caesare remissi essent, quos Aduatuci obsidum numero⁶ missos apud se in servitute et catenis⁷ tenuissent; neque id, quod fecerit de oppugnatione castrorum, aut iudicio aut voluntate sua fecisse, sed coactu⁸ civitatis, suaque esse eiusmodi imperia, ut non minus haberet iuris in se multitudo quam ipse in multitudinem. Civitati porro⁹ hanc fuisse belli causam, quod repentinae Gallorum coniurationi resistere non potuerit. Id se facile ex humilitate sua probare posse, quod non adeo¹⁰ sit imperitus¹¹ rerum ut suis copiis¹² populum Romanum superari posse confidat¹³. Sed esse Galliae commune consilium: omnibus hibernis Caesaris oppugnandis¹⁴ hunc esse dictum¹ diem, ne

¹ debere	verschuldigd zijn
² stipendium	belasting
³ liberare + <i>abl.</i>	vrijstellen van, verlossen van
⁴ pendere 3	betalen
⁵ <i>opvallend geen sibi</i>	
⁶ <i>gen. + numero</i>	als
⁷ catena	keten
⁸ coactus 4	dwang
⁹ porro	verder
¹⁰ adeo	zozeer
¹¹ imperitus + <i>gen.</i>	onervaren
¹² copiae	troepen
¹³ confidere 3	vertrouwen
¹⁴ <i>dat. finalis</i>	

qua² legio alterae legioni subsidio venire posset. Non facile Gallos Gallis negare potuisse, praesertim cum de recuperanda³ communi libertate consilium initum⁴ videretur. Quibus quoniam pro⁵ pietate⁶ satisfecerit, habere nunc se rationem⁷ officii⁸ pro beneficiis Caesaris: monere, orare Titurium pro hospitio⁹, ut suae ac militum saluti consulat¹⁰. Magnam manum¹¹ Germanorum conductam Rhenum transisse; hanc adfore¹² biduo¹³. Ipsorum esse consilium¹⁴, velintne priusquam finitimi sentiant, eductos ex hibernis milites aut ad Ciceronem aut ad Labienum deducere, quorum alter milia passuum circiter quinquaginta, alter paulo amplius ab eis absit. Illud se polliceri¹⁵ et iureiurando¹ confirmare

¹ dicere 3	afspreken
² = aliqua (<i>na ne</i>)	
³ recuperare	herwinnen
⁴ inire	aangaan
⁵ pro + <i>abl.</i>	uit
⁶ pietas	plichtsgevoel, respect
⁷ ratio	reden
⁸ officium	plicht, taak
⁹ hospitium	gastvriendschap
¹⁰ consulere 3 + <i>dat.</i>	zorgen voor
¹¹ manus 4 <i>f</i>	hand, schare
¹² adesse	aanwezig zijn
¹³ biduum	periode van twee dagen
¹⁴ consilium	overleg, vergadering
¹⁵ polliceri	beloven

tutum² iter per fines daturum. Quod cum faciat, et civitati sese consulere, quod hibernis levetur³, et Caesari pro eius meritis gratiam referre. Hac oratione habita discedit Ambiorix.

[28] L. Aurunculeius' mening

Arpineius et Iunius, quae audierunt, ad legatos deferunt. Illi repentina re perturbati, etsi⁴ ab hoste ea dicebantur, tamen non neglegenda⁵ existimabant maximeque hac re permovebantur⁶, quod civitatem ignobilem⁷ atque humilem⁸ Eburonum sua sponte populo Romano bellum facere ausam vix⁹ erat credendum. Itaque ad consilium rem deferunt magnaque inter eos existit¹⁰ controversia¹¹. Lucius Aurunculeius compluresque tribuni militum et primorum ordinum centuriones nihil temere¹² agendum neque ex hibernis iniussu¹ Caesaris

¹ iureiurandum	eed
² tutus	veilig
³ levare + <i>abl.</i>	verlichten van
⁴ etsi	ookal
⁵ neglegere 3	verwaarlozen, geen acht slaan op
⁶ permovere 2	hevig bewegen
⁷ ignobilis	onaanzienlijk
⁸ humilis	nederig, laag
⁹ vix	nauwelijks, met moeite
¹⁰ exsistere 3	onstaan
¹¹ controversia	geschil
¹² temere	zomaar

discedendum² existimabant: quantasvis³ [magnas] copias etiam Germanorum sustineri⁴ posse munitis hibernis docebant⁵: rem esse testimonio⁶, quod primum hostium impetum multis ultro⁷ vulneribus⁸ illatis⁹ fortissime sustinuerint: re frumentaria non premi; interea et ex proximis hibernis et a Caesare conventura subsidia: postremo quid esse levius¹⁰ aut turpius, quam auctore hoste de summis rebus capere consilium?

[29] Titurius' rede

Contra ea Titurius sero¹¹ facturos clamitabat, cum maiores manus hostium adiunctis¹² Germanis convenissent aut cum aliquid calamitatis¹³ in proximis hibernis esset acceptum. Brevem consulendi esse

¹ iniussu + <i>gen.</i>	zonder bevel van
² discedere 3	weggaan
³ quantusvis	zoveel als men maar wil
⁴ sustinere	weerstaan
⁵ docere 2	uiteenzetten
⁶ testimonium	bewijs
⁷ ultro	zelfs
⁸ vulnus, -eris	wond
⁹ inferre	toebrengen
¹⁰ levis	onbeduidend, zonder gezag
¹¹ sero <i>adv.</i>	(te) laat
¹² adiungere 3	toevoegen
¹³ calamitas	onheil, ramp

occasionem¹. Caesarem arbitrari² profectum in Italiam; neque aliter³ Carnutes interficiendi Tasgeti consilium fuisse capturos, neque Eburones, si ille adesset, tanta contemptione⁴ nostri ad castra venturos esse. Non hostem auctorem, sed rem spectare⁵: subesse⁶ Rhenum; magno esse Germanis dolori⁷ Ariovisti mortem et superiores nostras victorias; ardere Galliam tot contumeliis⁸ acceptis sub populi Romani imperium redactam superiore gloria rei militaris exstincta⁹. Postremo quis hoc sibi persuaderet¹⁰, sine certa¹¹ re Ambiorigem ad eiusmodi consilium descendisse? Suam sententiam in utramque partem esse tutam: si nihil esset durius¹², nullo cum periculo ad proximam legionem perventuros; si Gallia omnis cum Germanis consentiret¹³, unam esse in

¹ occasio	gelegenheid
² arbitrari	menen; lees: se arbitrari Caesarem profectum esse
³ aliter	anders
⁴ contemptio	minachting
⁵ <i>vul aan se</i>	
⁶ subesse	in de buurt, voor handen zijn
⁷ magno dolori: <i>dat. finalis</i>	
⁸ contumelia	smaad
⁹ exstinguere	blussen, vernietigen
¹⁰ sibi persuadere 2	ervan overtuigd zijn
¹¹ certus	zeker
¹² durus	hard, ongunstig
¹³ consentire cum + <i>abl.</i>	het eens zijn met

celeritate¹ positam salutem. Cottae quidem atque eorum, qui dissentirent², consilium quem habere exitum³? In quo si non praesens⁴ periculum, at certe longinqua⁵ obsidione⁶ fames esset timenda.

[30] Sabinus speelt met het gemoed van de soldaten.

Hac in utramque partem disputatione⁷ habita, cum a Cotta primisque ordinibus⁸ acriter resisteretur, "Vincite," inquit, "si ita vultis," Sabinus, et id clariore voce, ut magna pars militum exaudiret⁹; "neque is¹⁰ sum," inquit, "qui gravissime¹¹ ex vobis mortis periculo terrear: hi sapient¹²; si gravius quid acciderit, abs te rationem¹³ reposcent¹⁴, qui, si per te

¹ celeritas	snelheid, snel handelen
² dissentire	het er niet mee eens zijn
³ exitus	afloop
⁴ praesens	aanwezig
⁵ longinquus	lang durend
⁶ obsidio	belegering
⁷ disputatio	bespreking
⁸ primi ordines ordinum	centurio's v.d. eerste centuriae (= centuriones primorum)
⁹ exaudire	duidelijk horen
¹⁰ is sum qui + <i>coni.</i>	ik ben van dien aard dat ik
¹¹ gravissime ex + <i>abl.</i>	het meest van
¹² sapere 5	weten
¹³ ratio	uitleg, rekenschap
¹⁴ reposcere 3	op hun beurt eisen

liceat¹, perendino² die cum proximis hibernis coniuncti communem cum reliquis belli casum³ sustineant, non reiecti⁴ et relegati⁵ longe ab ceteris aut ferro aut fame intereant⁶."

[31] Sabinus' standput wint.

Consurgitur⁷ ex consilio; comprehendunt⁸ utrumque et orant, ne sua dissensione⁹ et pertinacia¹⁰ rem in summum periculum deducat: facilem esse rem, seu¹¹ maneat, seu proficiscantur, si modo¹² unum omnes sentiant ac probent; contra in dissensione nullam se salutem perspicere. Res disputatione ad mediam noctem perducitur¹³. Tandem dat Cotta permotus manus: superat¹⁴ sententia Sabini. Pronuntiatur¹ prima luce

¹ per me	wat mij betreft
² perendinus	overmorgen
³ casus	lot
⁴ reicere 5	terugwerpen
⁵ relegare	verwijderen
⁶ interire	sterven
⁷ consurgere 3	opstaan
⁸ comprehendere 3	beetpakken
⁹ dissensio	onenigheid
¹⁰ pertinacia	halsstarrigheid
¹¹ seu ... , seu ...	of ..., of ...
¹² si modo	als slechts
¹³ perducere 3	rekken
¹⁴ superare	winnen

ituros. Consumitur² vigiliis³ reliqua pars noctis, cum sua quisque miles circumspiceret⁴, quid secum portare posset, quid ex instrumento⁵ hibernorum relinquere cogeretur. Omnia excogitantur⁶, quare nec sine periculo maneat, et languore⁷ militum et vigiliis periculum augeatur. Prima luce sic ex castris proficiscuntur, ut⁸ quibus esset persuasum⁹ non ab hoste, sed ab homine amicissimo Ambiorige consilium datum, longissimo agmine maximisque impedimentis.

[32] In de val

At hostes, posteaquam ex nocturno fremitu¹⁰ vigiliisque de profectio¹¹ eorum senserunt, collocatis insidiis¹² bipertito¹³ in silvis

¹ pronuntiare	openlijk aankondigen
² consumere 3	gebruiken
³ vigilia	het wachthouden, wakker zijn
⁴ circumspicere 5	inspecteren, bekijken
⁵ instrumentum	gereedschap
⁶ excogitare	uitdenken
⁷ languor	matheid, vermoeidheid
⁸ = ut ei, qui	
⁹ mihi persuasum est	ik ben ervan overtuigd
¹⁰ fremitus 4	lawaaï
¹¹ profectio	vertrek
¹² insidiae	hinderlaag
¹³ bipertito	in tweeën

opportuno¹ atque occulto² loco a milibus passuum circiter duobus Romanorum adventum³ expectabant, et cum se maior pars agminis in magnam convallem⁴ demisset⁵, ex utraque parte eius vallis subito se ostenderunt novissimosque⁶ premere et primos prohibere ascensu⁷ atque iniquissimo nostris loco proelium committere coeperunt.

[33] Paniek, maar Cotta blijft koel.

Tum demum⁸ Titurius, qui nihil ante providisset⁹, trepidare¹⁰ et concursare¹¹ cohortesque disponere¹², haec tamen ipsa timide atque ut eum omnia deficere¹³ viderentur; quod plerumque eis accidere consuevit, qui in ipso negotio consilium capere coguntur. At Cotta, qui cogitasset haec posse in itinere accidere atque ob eam causam

¹ opportunus	geschikt
² occultus	verborgen
³ adventus	komst
⁴ convallis	vallei
⁵ se demittere	zich neerlaten, naar beneden lopen
⁶ novissimi	achterhoede
⁷ ascensus 4	beklimming
⁸ demum	pas
⁹ providere 2	vantevoren bedenken, voorzorgsmaatregelen nemen
¹⁰ trepidare	in paniek zijn
¹¹ concursare	heen en weer rennen
¹² disponere 3	verdelen
¹³ deficere 5 + acc.	tekort schieten, mankeren aan

profectionis auctor¹ non fuisset, nulla in re communi saluti deerat² et in appellandis cohortandisque militibus imperatoris et in pugna militis officia³ praestabat⁴. Cum propter longitudinem agminis minus facile omnia per se⁵ obire⁶ et, quid quoque loco faciendum esset, providere⁷ possent, iusserunt pronuntiare⁸, ut impedimenta relinquerent atque in orbem consistent. Quod consilium etsi in eiusmodi casu⁹ reprehendendum¹⁰ non est, tamen incommode¹¹ accidit: nam et nostris militibus spem minuit¹² et hostes ad pugnam alacriores effecit, quod non sine summo timore et desperatione id factum videbatur. Praeterea accidit, quod fieri necesse erat, ut vulgo¹³ milites ab signis discederent,

¹ auctor	verantwoordelijke persoon, voorstander
² deesse + <i>dat.</i>	ontbreken aan
³ officium	taak
⁴ praestare	verrichten, vervullen
⁵ per se	persoonlijk
⁶ obire	controleren, inspecteren
⁷ providere	zorgen voor
⁸ pronuntiare	aankondigen, een bevel laten uitgaan
⁹ casus 4	situatie, voorval
¹⁰ reprehendere 3	laken, bekritisieren
¹¹ incommode	ongelegen
¹² minuere	verkleinen
¹³ vulgo	massaal

quae quisque eorum carissima¹ haberet, ab impedimentis petere atque arripere² properaret³, clamore et fletu omnia complerentur.

[34] Falend plan van de vijand

At barbaris consilium non defuit. Nam duces eorum tota⁴ acie pronuntiare iusserunt, ne quis ab loco discederet: illorum esse praedam atque illis reservari⁵ quaecumque Romani reliquissent: proinde⁶ omnia in victoria posita⁷ existimarent. Erant et virtute et studio pugnandi pares; nostri, tametsi⁸ ab duce et a fortuna deserebantur, tamen omnem spem salutis in virtute ponebant, et quotiens⁹ quaeque cohors procurerat, ab ea parte magnus numerus hostium cadebat. Qua re animadversa Ambiorix pronuntiare iubet, ut procul¹⁰ tela coniciant neu¹¹ propius accedant et, quam in partem Romani impetum fecerint, cedant

¹ carus	dierbaar
² arripere	haastig grijpen
³ properare	zich haasten
⁴ = in tota acie	
⁵ reservare	apart houden
⁶ proinde	derhalve
⁷ ponere in + <i>abl.</i>	laten afhangen van
⁸ tametsi	ookal
⁹ quotiens	zo dikwijls als
¹⁰ procul	verweg
¹¹ neu = neve = et ne	

(levitate¹ armorum et cotidiana exercitatione nihil eis noceri posse),
rursus se ad signa recipientes insequantur².

[35] Cohort na cohort klem gezet

Quo praecepto³ ab eis diligentissime⁴ observato, cum quaequam⁵ cohors ex orbe excesserat atque impetum fecerat, hostes velocissime refugiebant. Interim eam partem nudari⁶ necesse erat et ab latere aperto tela recipi⁷. Rursus cum in eum locum unde erant egressi reverti coeperant, et ab eis qui cesserant et ab eis qui proximi steterant circumveniebantur; sin autem locum tenere vellent, nec virtuti locus relinquebatur, neque ab tanta multitudine coniecta tela conferti⁸ vitare poterant. Tamen tot incommodis conflictati⁹, multis vulneribus acceptis resistebant et magna parte diei consumpta, cum a prima luce ad horam octavam pugnaretur, nihil quod ipsis esset indignum¹⁰ mittebant¹.

¹ levitas	lichtheid
² insequi	achtervolgen
³ praeceptum	bevel
⁴ diligens	nauwgezet
⁵ quisquam	iemand, een of ander, een zeker
⁶ nudare	onbeschermd/onverdedigd laten
⁷ recipi	doordringen
⁸ confertus	dicht opeengedrongen
⁹ conflictare	teisteren, aantasten
¹⁰ indignus + <i>abl.</i>	onwaardig

Tum Tito Balventio, qui superiore anno primum pilum² duxerat, viro forti et magnae auctoritatis, utrumque femur³ tragula⁴ traicitur⁵; Quintus Lucanius, eiusdem ordinis, fortissime pugnans, dum circumvento filio subvenit⁶, interficitur; Lucius Cotta legatus omnes cohortes ordinesque adhortans in adversum os⁷ funda⁸ vulneratur.

[36] Cotta weet van geen wijken.

His rebus permotus Quintus Titurius, cum procul Amborigem suos cohortantem conspexisset, interpretem⁹ suum Gnaeum Pompeium ad eum mittit rogatum¹⁰ ut sibi militibusque parcat¹¹. Ille appellatus respondit: si velit secum colloqui, licere; sperare a multitudine impetrari¹² posse, quod ad militum salutem pertineat¹³; ipsi vero nihil

¹ committere 3	begaan
² primum pilum ducere 3	oppercenturio zijn
³ femur <i>n.</i>	dijbeen
⁴ tragula	werpspier (met slingerriem)
⁵ raicere 5	doorboren
⁶ subvenire + <i>dat.</i>	te hulp komen aan
⁷ os <i>n.</i>	gezicht
⁸ funda	slingersteen
⁹ interpres	bemiddelaar
¹⁰ <i>sup.l.</i> : om te	
¹¹ parcere 3 + <i>dat.</i>	sparen
¹² impetrare a	gedaan krijgen van
¹³ pertinere ad	strekken tot, betreffen

nocitum iri¹, inque eam rem se suam fidem interponere². Ille cum Cotta saucio³ communicat⁴, si videatur, pugna ut excedant et cum Ambiorige una colloquantur: sperare ab eo de sua ac militum salute impetrari⁵ posse. Cotta se ad armatum hostem iturum negat atque in eo perseverat.

[37] Sabinus achterbaks gedood

Sabinus quos in praesentia⁶ tribunos militum circum se habebat et primorum ordinum centuriones se sequi iubet et, cum propius Ambiorigem accessisset, iussus arma abicere imperatum facit suisque ut idem faciant imperat. Interim, dum de condicionibus inter se agunt⁷ longiorque consulto⁸ ab Ambiorige instituitur⁹ sermo, paulatim¹⁰ circumventus interficitur. Tum vero suo more victoriam conclamant

¹ nocitum iri: *inf. fut. passief*; nocere + dat. - schaden

² fidem interponere ³ zijn erewoord als garantie geven

³ saucius gewond

⁴ communicare beraadslagen

⁵ impetrare de krijgen

⁶ in praesentia voor het moment

⁷ inter se agere onderhandelen

⁸ consulto met opzet

⁹ instituere sermonem longiorem het gesprek rekken

¹⁰ paulatim geleidelijk

atque ululatum¹ tollunt impetuque in nostros facto ordines perturbant. Ibi Lucius Cotta pugnans interficitur cum maxima parte militum. Reliqui se in castra recipiunt unde erant egressi. Ex quibus Lucius Petrosidius aquilifer², cum magna multitudine hostium premeretur, aquilam intra vallum proiecit; ipse pro castris fortissime pugnans occiditur. Illi aegre ad noctem oppugnationem sustinent; noctu ad unum omnes³ desperata⁴ salute se ipsi interficiunt. Pauci ex proelio lapsi⁵ incertis itineribus per silvas ad Titum Labienum legatum in hiberna perveniunt atque eum de rebus gestis certiore faciant.

[38] Ambiorix jut de Nervi op.

Hac victoria sublatus⁶ Ambiorix statim cum equitatu in Aduatucos, qui erant eius regno finitimi, proficiscitur; neque noctem neque diem intermittit peditatumque subsequi⁷ iubet. Re demonstrata⁸ Aduatucisque concitatis⁹ postero die in Nervios pervenit hortaturque, ne

¹ ululatus	4	gehuil
² aquilifer		vaandeldrager
³ ad unum omnes		allen tot de laatste man
⁴ desperare		wanhopen aan
⁵ labi ex		wegglippen uit
⁶ tollere		trots maken
⁷ subsequi		op de voet volgen
⁸ demonstrare		uitleggen
⁹ concitare		opruien

sui¹ in perpetuum² liberandi atque ulciscendi³ Romanos pro eis quas acceperint iniuriis occasionem dimittant⁴: interfectos esse legatos duos magnamque partem exercitus interisse⁵ demonstrat; nihil esse negoti⁶ subito oppressam⁷ legionem quae cum Cicerone hiemet interfici; se ad eam rem profiteretur⁸ adiutorem⁹. Facile hac oratione Nervii persuadet.

[39] Aanval op het winterkamp van Cicero

Itaque confestim¹⁰ dimissis nuntiis ad Ceutrones, Grudios, Levacos, Pleumoxios, Geidumnos, qui omnes sub eorum imperio sunt, quam maximas manus possunt cogunt¹¹ et de improviso¹² ad Ciceronis hiberna advolant¹³ nondum ad eum fama de Tituri morte perlata¹⁴. Huic quoque

¹ *gen. obiectivus*

² in perpetuum	voor altijd
³ ulcisci	zich wreken op
⁴ dimittere 3	laten gaan
⁵ interire	sterven
⁶ negotium	moeite
⁷ opprimere 3	overweldigen
⁸ profiteri	aanbieden
⁹ adiutor	helper
¹⁰ confestim	ijlings
¹¹ cogere 3	bijeenbrengen
¹² de improviso	onverwacht
¹³ advolare	vliegen naar
¹⁴ perferre	rapporteren

accidit, quod fuit necesse, ut nonnulli milites, qui lignationis¹ munitionisque causa in silvas discessissent, repentino equitum adventu interciperentur². His circumventis magna manu Eburones, Nervii, Aduatuci atque horum omnium socii et clientes legionem oppugnare incipiunt. Nostri celeriter ad arma concurrunt, vallum conscendunt. Aegre is dies sustentatur³, quod omnem spem hostes in celeritate ponebant atque hanc adepti⁴ victoriam in perpetuum se fore victores confidebant.

[40] Bezeten voorbereiding op bestorming

Mittuntur ad Caesarem confestim⁵ ab Cicerone litterae magnis propositis⁶ praemiis, si pertulissent⁷: obsessis⁸ omnibus viis missi intercipiuntur. Noctu ex materia⁹, quam munitionis causa comportaverant, turre admodum¹⁰ CXX excitantur¹; incredibili

¹ lignatio	hout sprokkelen
² interciperere 5	afsnijden
³ sustentare	verdragen, doorstaan
⁴ adipisci	met inspanning verkrijgen
⁵ confestim	ijlings
⁶ proponere	in het vooruitzicht stellen
⁷ perferre	tot het doel brengen
⁸ obsidere 3	bezetten
⁹ materia	hout
¹⁰ admodum	minstens

celeritate quae deesse² operi³ videbantur, perficiuntur. Hostes postero die multo maioribus coactis copiis castra oppugnant, fossam complent⁴. Eadem ratione, qua pridie⁵, ab nostris resistitur. Hoc idem reliquis deinceps⁶ fit diebus. Nulla pars nocturni temporis ad laborem intermittitur; non aegris, non vulneratis facultas⁷ quietis datur. Quaecumque ad proximi diei oppugnationem opus sunt⁸ noctu comparantur⁹; multae praeustae¹⁰ sudes¹¹, magnus muralium¹² pilorum numerus instituitur¹³; turre contabulantur¹⁴, pinnae¹⁵ loricaeque¹ ex

¹ excitare	oprichten
² deesse + dat.	ontbreken aan
³ opus, operis	verdedigingswerk
⁴ complere	vullen
⁵ pridie	een dag eerder
⁶ deinceps	daarna
⁷ facultas	gelegenheid
⁸ opus est	het is nodig; <i>wat nodig is staat in de abl., als er sprake is van een zelfstandig naamwoord, in geval van onzijdige voornaamwoorden in de nominativus.</i>
⁹ comparare	in gereedheid brengen, bijebrengen
¹⁰ praeustus	aan de voorkant in het vuur gehard
¹¹ sudis	paal
¹² pilum murale	zware speer (<i>geslingerd naar de belegeraars werd geslingerd</i>)
¹³ instituere 3	inzetten
¹⁴ contabulare	van een houten vloer voorzien
¹⁵ pinna	kanteel

cratibus² attexuntur³. Ipse Cicero, cum tenuissima⁴ valetudine⁵ esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat, ut ultro⁶ militum concursu ac vocibus sibi parcere cogereetur.

[41] Cicero wijst voorstellen af.

Tunc duces principesque Nerviorum qui aliquem sermonis aditum⁷ causamque amicitiae cum Cicerone habebant colloqui⁸ sese velle dicunt. Facta potestate⁹ eadem quae Ambiorix cum Titurio egerat¹⁰ commemorant: omnem esse in armis Galliam; Germanos Rhenum transisse; Caesaris reliquorumque hiberna oppugnari. Addunt etiam de Sabini morte: Amborigem ostentant¹¹ fidei faciendae causa. Errare eos dicunt, si quidquam ab his praesidi¹² sperent¹³, qui suis rebus diffidant;

¹ lorica	pantser, borstwering
² cratis	vlechtwerk; <i>pl.</i> takkenbossen
³ attexere 3	vasthechten aan
⁴ tenuis	teer, zwak
⁵ valetudo	gezondheid
⁶ ultro	zelfs
⁷ aditus 4	toegang, mogelijkheid
⁸ colloqui	een gesprek hebben
⁹ potestas	gelegenheid
¹⁰ agere cum	bespreken met
¹¹ ostentare	te koop lopen met
¹² = quidquam praesidii	
¹³ sperare ab	verwachten van

sese tamen hoc¹ esse in Ciceronem populumque Romanum animo, ut nihil nisi hiberna recusent atque hanc inveterascere² consuetudinem nolint: licere illis incolumibus³ per se⁴ ex hibernis discedere et quascumque in partes velint sine metu proficisci. Cicero ad haec unum modo⁵ respondit: non esse consuetudinem populi Romani accipere ab hoste armato condicionem: si ab armis discedere velint, se adiutore⁶ utantur legatosque ad Caesarem mittant; sperare pro⁷ eius iustitia, quae petierint, impetraturos.

[42] De Nervii gaan over tot belegering.

Ab hac spe repulsi⁸ Nervii vallo pedum IX et fossa pedum XV hiberna cingunt⁹. Haec et superiorum annorum consuetudine¹⁰ ab nobis cognoverant et, quos clam¹¹ de exercitu habebant captivos, ab eis

¹ hoc animo *abl. qualitatis*

² inveterascere 3 wortel schieten

³ incolumis ongedeerd

⁴ per se wat hem betreft

⁵ modo slechts

⁶ adiutor helper, hulp

⁷ pro + *abl.* overeenkomstig, op grond van

⁸ repellere ab terugslaan/beroven van

⁹ cingere 3 omsingelen

¹⁰ consuetudo gewoonte, ervaring

¹¹ clam heimelijk

docebantur; sed nulla ferramentorum¹ copia quae esset ad hunc usum idonea, gladiis caespites² circumcidere³, manibus sagulisque⁴ terram exhaurire⁵ nitebantur⁶. Qua quidem ex re hominum multitudo cognosci potuit: nam minus horis tribus milium pedum XV in circuitu⁷ munitionem perfecerunt reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces⁸ testudinesque, quas idem captivi docuerant, parare ac facere coeperunt.

[43] De Romeinen wijken niet voor vuur.

Septimo oppugnationis die maximo coorto vento ferventes⁹ fusili¹⁰ ex argilla¹¹ glandes¹² fundis¹³ et fervefacta¹⁴ iacula¹ in casas², quae more

¹ ferramentum	ijzeren werktuig
² caespes	graszode
³ circumcidere 3	steken
⁴ sagulum	soldatenmantel
⁵ exhaurire	uitscheppen, wegbrengen
⁶ niti	zijn best doen
⁷ circuitus	omtrek
⁸ falx	breekijzer
⁹ fervere 2	koken
¹⁰ fusilis	gesmolten, vloeibaar
¹¹ argilla	witte klei
¹² glans, glandis	kogel
¹³ funda	slinger
¹⁴ fervefacere 5	gloeiend heet maken

Gallico stramentis³ erant tectae, iacere coeperunt. Hae celeriter ignem comprehenderunt et venti magnitudine in omnem locum castrorum distulerunt⁴. Hostes maximo clamore sicuti⁵ parta iam atque explorata⁶ victoria tures testudinesque agere⁷ et scalis⁸ vallum ascendere coeperunt. At tanta militum virtus atque ea praesentia⁹ animi fuit, ut, cum undique flamma torrerentur¹⁰ maximaque telorum multitudine premerentur suaque omnia impedimenta atque omnes fortunas¹¹ conflagrare¹² intellegerent, non modo demigrandi¹³ causa de vallo decederet nemo, sed paene¹⁴ ne respiceret quidem quisquam, ac tum omnes acerrime fortissimeque pugnarent. Hic dies nostris longe

¹ iaculum	speer
² casa	barak
³ stramentum	stro
⁴ differre	verspreiden
⁵ sicuti	zoals, alsof
⁶ explorare	vaststellen
⁷ agere	aanrukken
⁸ scala	ladder
⁹ praesentia	tegenwoordigheid; ... animi - vastbeslotenheid
¹⁰ torrere 2	roosteren, verzengen
¹¹ fortunae	bezittingen
¹² conflagrare	in vlammen opgaan
¹³ demigrare	wegtrekken
¹⁴ paene	bijna

gravissimus fuit; sed tamen hunc habuit eventum¹, ut eo die maximus numerus hostium vulneraretur atque interficeretur, ut se sub ipso vallo constipaverant² recessumque³ primis ultimi non dabant. Paulum quidem intermissa⁴ flamma et quodam loco turri adacta et contingente⁵ vallum tertiae cohortis centuriones ex eo, quo stabant, loco recesserunt suosque omnes removerunt⁶, nutu⁷ vocibusque hostes, si introire vellent, vocare coeperunt; quorum progredi ausus est nemo. Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati⁸, turrisque succensa⁹ est.

[44] De heldendaden van Pullo en Vorenius

Erant in ea legione fortissimi viri, centuriones, qui primis ordinibus appropinquarent¹⁰, Titus Pullo et Lucius Vorenius. Hi perpetuas¹¹ inter se

¹ eventus 4	afloop
² constipare	opeendringen, samenpersen
³ recessus 4	terugtocht
⁴ intermitti 3	(tijdelijk) afnemen
⁵ contingere 3	aanraken, grenzen aan
⁶ remove	verwijderen
⁷ nutus 4	wenk
⁸ deturbare	verjagen
⁹ succendere 3	in brand steken
¹⁰ primis ordinibus appropinquare	bevordering tot de hoogste rang in het vooruitzicht hebben
¹¹ perpetuus	eeuwig

controversias¹ habebant, quinam anteferretur², omnibusque annis de locis summis simultatibus³ contendebant. Ex his Pullo, cum acerrime ad munitiones pugnaretur, "Quid dubitas," inquit, "Vorene? aut quem locum tuae probandae⁴ virtutis exspectas? hic dies de nostris controversiis iudicabit." Haec cum dixisset, procedit extra munitiones quaque⁵ pars hostium confertissima⁶ est visa irrumpit⁷. Ne Vorene quidem tum sese vallo continet⁸, sed omnium veritus existimationem⁹ subsequitur. Mediocri spatio relicto Pullo pilum in hostes immittit atque unum ex multitudine procurrentem traicit¹⁰; quo percusso¹¹ et exanimato¹² hunc scutis¹³ protegunt, in hostem tela universi coniciunt neque dant regrediendi facultatem. Transfigitur scutum Pulloni et

¹ controversia	onenigheid
² anteferre	verkiezen
³ simultas	vijandschap
⁴ probare	bewijzen
⁵ qua	waar(langs)
⁶ confertus	opeengedrongen
⁷ irrumpere 3	binnenstormen
⁸ se continere 2 + <i>abl.</i>	blijven binnen
⁹ existimatio	opinie, oordeel
¹⁰ traicere 5	doorboren
¹¹ percutere 5	doorboren
¹² exanimare	doden
¹³ scutum	schild

verutum¹ in balteo² defigitur³. Avertit⁴ hic casus vaginam⁵ et gladium educere⁶ conanti dextram moratur⁷ manum, impeditumque hostes circumsistunt. Succurrit inimicus illi Vorenius et laboranti⁸ subvenit⁹. Ad hunc se confestim a Pullone omnis multitudo convertit: illum veruto arbitrantur occisum. Gladio comminus¹⁰ rem gerit Vorenius atque uno interfecto reliquos paulum¹¹ propellit¹²; dum cupidius instat¹³, in locum deiectus inferiorem concidit¹⁴. Huic rursus circumvento fert subsidium Pullo, atque ambo incolumes compluribus interfectis summa cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione et certamine

¹ verutum	werpspies
² balteus	draagriem
³ defigere 3	vasthechten
⁴ avertere 3	afwenden
⁵ vagina	schede
⁶ educere	trekken
⁷ morari	verhinderen, vertragen
⁸ laborare	zwoegen, in nood verkeren
⁹ subvenire + <i>dat.</i>	te hulp komen
¹⁰ comminus	van man tegen man
¹¹ paulum	even
¹² propellere	verdrijven
¹³ instare	aandringen
¹⁴ concidere 3	in elkaar zakken

utrumque versavit¹, ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset, neque diiudicari² posset, uter utri virtute anteferendus³ videretur.

[45] Eindelijk bereikt Cicero's brief Caesar.

Quanto erat in dies⁴ gravior atque asperior⁵ oppugnatio, et maxime quod magna parte militum confecta⁶ vulneribus res ad paucitatem⁷ defensorum pervenerat⁸, tanto crebriores⁹ litterae nuntiique ad Caesarem mittebantur; quorum pars deprehensa in conspectu nostrorum militum cum cruciatu¹⁰ necabatur. Erat unus intus¹¹ Nervius nomine Vertico, loco natus honesto, qui a prima obsidione ad Ciceronem perfugerat¹² suamque ei fidem praestiterat. Hic servo spe libertatis magnisque persuadet¹³ praemiis, ut litteras ad Caesarem

¹ versare	heen en weer drijven
² diiudicare	beslissen, onderscheiden
³ anteferre + <i>dat.</i> + <i>abl.</i>	de voorkeur geven aan ... qua ...
⁴ in dies	van dag tot dag
⁵ asper	wild
⁶ conficere 5	afmatten
⁷ paucitas	een gering aantal
⁸ pervenire ad	komen tot, neerkomen op
⁹ creber	talrijk
¹⁰ cruciatus 4	foltering
¹¹ intus <i>adv.</i>	binnen
¹² perfugere ad	zijn toevlucht zoeken bij, overlopen
¹³ persuadere + <i>dat.</i>	overreden, overhalen

deferat. Has ille in iaculo illigatas¹ effert et Gallus inter Gallos sine ulla suspicione² versatus ad Caesarem pervenit. Ab eo de periculis Ciceronis legionisque cognoscitur.

[46] Beroep op Crassus, Fabius en Labienus

Caesar acceptis litteris hora circiter XI diei statim nuntium in Bellovacos ad M. Crassum quaestorem mittit, cuius hiberna aberant ab eo milia passuum XXV; iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se venire. Exit cum nuntio Crassus. Alterum ad Gaium Fabium legatum mittit, ut in Atrebatium fines legionem adducat, qua sibi iter faciendum sciebat. Scribit Labieno, si rei publicae commodo³ facere posset, cum legione ad fines Nerviorum veniat. Reliquam partem exercitus, quod paulo aberat longius, non putat exspectandam; equites circiter quadringentos ex proximis hibernis colligit.

[47] Labienus verhinderd

Hora circiter tertia ab antecursoribus⁴ de Crassi adventu certior factus eo die milia passuum XX procedit. Crassum Samarobriuae praeficit⁵

¹ illigare	(vast)binden, bevestigen
² suspicio	vermoeden, argwaan
³ commodum	voordeel; <i>dat. finalis</i>
⁴ antecursor	verkenner
⁵ praeficere 5 + <i>dat.</i>	aan het hoofd stellen van

legionemque attribuit¹, quod ibi impedimenta exercitus, obsides civitatum, litteras publicas² frumentumque omne quod eo tolerandae hiemis causa devexerat³ relinquebat. Fabius, ut imperatum erat, non ita multum moratus in itinere cum legione occurrit. Labienus interitu⁴ Sabini et caede cohortium cognita, cum omnes ad eum Treverorum copiae venissent, veritus, si ex hibernis fugae similem⁵ profectionem fecisset, ut hostium impetum sustinere posset, praesertim⁶ quos recenti victoria efferi⁷ sciret, litteras Caesari remittit, quanto cum periculo legionem ex hibernis educturus esset; rem gestam in Eburonibus perscribit⁸; docet omnes equitatus peditatusque copias Treverorum tria milia passuum longe ab suis castris consedissee⁹.

¹ attribuere 3	toedelen
² litterae publicae	staatsdocumenten
³ devehere	vervoeren
⁴ interitus 4	de dood
⁵ similis + dat.	lijkend op
⁶ praesertim	vooral
⁷ efferre	trots maken
⁸ perscribere 3	in detail (be)schrijven
⁹ considerare 3	zich vestiggen

[48] Caesar komt Cicero te hulp.

Caesar consilio eius probato, etsi opinione¹ trium legionum deiectus² ad duas reciderat³, tamen unum communis salutis auxilium in celeritate ponebat. Venit magnis itineribus in Nerviorum fines. Ibi ex captivis cognoscit, quae apud Ciceronem gerantur, quantoque in periculo res sit. Tum cuidam ex equitibus Gallis magnis praemiis persuadet uti ad Ciceronem epistolam deferat. Hanc Graecis conscriptam litteris mittit, ne intercepta epistola nostra ab hostibus consilia cognoscantur. Si adire non possit, monet ut tragulam⁴ cum epistola ad amentum⁵ deligata intra munitionem castrorum abiciat. In litteris scribit se cum legionibus profectum celeriter adfore⁶; hortatur ut pristinam⁷ virtutem retineat. Gallus periculum veritus, ut erat praeceptum, tragulam mittit. Haec casu ad turrim adhaesit⁸ neque ab nostris biduo⁹ animadversa¹⁰ tertio die a

¹ opinio	verwachting
² deicere + <i>abl.</i>	beroven van, verdrijven uit
³ recidere 3	vervallen
⁴ tragula	slingerspeer
⁵ amentum	slingerriem
⁶ adesse	verschijnen
⁷ pristinus	oud
⁸ adhaerere ad	blijven steken in
⁹ biduum	twee dagen
¹⁰ animadvertere 3	opmerken

quodam milite conspicitur, dempta¹ ad Ciceronem defertur. Ille perlectam² in conventu militum recitat³ maximaque omnes laetitia⁴ adficit⁵. Tum fumi⁶ incendiorum procul videbantur; quae res omnem dubitationem⁷ adventus legionum expulit.

[49] De Galliërs trekken Caesar tegemoet.

Galli re cognita per exploratores⁸ obsidionem relinquunt, ad Caesarem omnibus copiis contendunt⁹. Hae erant armata circiter milia LX. Cicero data facultate Gallum ab eodem Verticone, quem supra demonstravimus, repetit, qui litteras ad Caesarem deferat; hunc admonet, iter caute¹⁰ diligenterque faciat: perscribit in litteris hostes ab se discessisse omnemque ad eum multitudinem convertisse¹¹. Quibus litteris circiter media nocte Caesar adlatis suos facit certiores eosque ad

¹ demere 3	wegnemen, verwijderen
² perlegere 3	doorlezen
³ recitare	voorlezen
⁴ laetitia	vreugde
⁵ adficere 5	aandoen
⁶ fumus	rook
⁷ dubitatio	aarzeling, twijfel
⁸ explorator	verspieder
⁹ contendere 3	zich haasten
¹⁰ caute	op zijn hoede
¹¹ convertere 3 ad	zich wenden tot

dimicandum animo confirmat¹. Postero die luce prima movet² castra et circiter milia passuum quattuor progressus trans vallem et rivum³ multitudinem hostium conspicatur⁴. Erat magni periculi res tantulis⁵ copiis iniquo loco dimicare; tum, quoniam obsidione liberatum⁶ Ciceronem sciebat, aequo animo⁷ remittendum⁸ de celeritate existimabat: consedit⁹ et quam aequissimo loco potest castra communit atque haec, etsi erant exigua¹⁰ per se vix hominum milium septem praesertim¹¹ nullis cum impedimentis, tamen angustis¹² viarum quam maxime potest contrahit¹³, eo consilio, ut in summam contemptionem¹⁴

¹ animo confirmare	bemoedigen
² movere castra	het kamp opbreken
³ rivus	beek
⁴ conspicari	zien
⁵ tantulus	zo gering
⁶ liberare + <i>abl.</i>	bevrijden van
⁷ aequo animo	gelaten
⁸ remittere de	verminderen
⁹ considerare 3	zich neerlaten, zich legeren
¹⁰ exiguus	gering
¹¹ praesertim	bovendien
¹² angustia	engte
¹³ contrahere 3	beperken, indammen
¹⁴ contemptio	verachting

hostibus veniat. Interim speculatoribus in omnes partes dimissis explorat quo commodissime¹ itinere vallem transire possit.

[50] Geveinsde angst

Eo die parvulis equestribus proeliis ad aquam factis utrique sese suo loco continent: Galli, quod ampliores copias, quae nondum convenerant, exspectabant; Caesar, si forte² timoris simulatione³ hostes in suum locum elicere⁴ posset, ut citra⁵ vallem pro castris proelio contenderet, si id efficere non posset, ut exploratis itineribus minore cum periculo vallem rivumque transiret. Prima luce hostium equitatus ad castra accedit proeliumque cum nostris equitibus committit. Caesar consulto⁶ equites cedere seque in castra recipere iubet, simul ex omnibus partibus castra altiore vallo muniri portasque obstrui⁷ atque in his administrandis rebus quam maxime concursari⁸ et cum simulatione agi⁹ timoris iubet.

¹ commodus	gemakkelijk, gunstig
² si forte + <i>coni.</i>	om te zien of misschien
³ simulatio	het veinzen
⁴ elicere	weglokken
⁵ citra + <i>acc.</i>	aan deze zijde van
⁶ consulto	met opzet
⁷ obstruere	barricaderen
⁸ concursare	heen en weer rennen
⁹ agere	handelen

[51] De Galliërs trappen in de val.

Quibus omnibus rebus hostes invitati¹ copias traducunt aciemque iniquo loco constituunt, nostris vero etiam de vallo deductis propius accedunt et tela intra munitionem ex omnibus partibus coniciunt praeconibusque² circummissis pronuntiari iubent, seu quis Gallus seu Romanus velit ante horam tertiam ad se transire, sine periculo licere; post id tempus non fore potestatem: ac sic nostros contempserunt³, ut obstructis in speciem⁴ portis singulis ordinibus⁵ caespitum⁶, quod ea⁷ non posse introrumpere⁸ videbantur, alii vallum manu scindere⁹, alii fossas complere inciperent. Tum Caesar omnibus portis eruptione facta equitatuque emisso celeriter hostes in fugam dat, sic uti omnino pugnandi causa resisteret nemo, magnumque ex eis numerum occidit atque omnes armis exuit¹⁰.

¹ invitare	aansporen tot, verlokken
² praeco	heraut
³ contemnere 3	verachten
⁴ species	uiterlijk, indruk, schijn
⁵ ordo, ordinis	rij
⁶ caespes, caespitis	plag
⁷ ea	daarlangs
⁸ introrumpere 3	binnendringen
⁹ scindere 3	een bres slaan in
¹⁰ exuere 3 + <i>abl.</i>	ontdoen van

[52] Lofprijzingen en bemoedigingen van Caesar

Longius prosequi¹ veritus, quod silvae paludesque intercedebant² neque etiam parvulo detrimento³ illorum locum⁴ relinqui videbat, omnibus suis incolumibus copiis eodem die ad Ciceronem pervenit. Institutas⁵ turres, testudines munitionesque hostium admiratur⁶; legione producta cognoscit non decimum quemque esse reliquum militem sine vulnere: ex his omnibus iudicat rebus, quanto cum periculo et quanta cum virtute res sint administratae⁷. Ciceronem pro eius merito⁸ legionemque collaudat; centuriones singillatim⁹ tribunosque militum appellat, quorum egregiam fuisse virtutem testimonio¹⁰ Ciceronis cognoverat. De casu Sabini et Cottae certius ex captivis cognoscit. Postero die contione habita rem gestam proponit¹¹, milites consolatur¹² et confirmat: quod

¹ prosequi	achtervolgen
² intercedere 3	ertussen liggen
³ detrimentum	schade
⁴ locus	gelegenheid
⁵ instituere 3	oprichten
⁶ admirari	bewonderen, zich verbazen over
⁷ administrare	verrichten, doen
⁸ meritum	verdienste
⁹ singillatim	stuk voor stuk
¹⁰ testimonium	getuigenis
¹¹ proponere	uiteenzetten, vertellen
¹² consolari	troosten

detrimentum culpa et temeritate¹ legati sit acceptum, hoc aequiore animo² ferendum docet, quod beneficio deorum immortalium et virtute eorum expiato³ incommodo neque hostibus diutina laetatio⁴ neque ipsis longior dolor relinquatur.

[53] Een onrustige winter

Interim ad Labienum per Remos incredibili celeritate de victoria Caesaris fama⁵ perfertur, ut, cum ab hibernis Ciceronis milia passuum abesset circiter LX, eoque post horam nonam diei Caesar pervenisset, ante mediam noctem ad portas castrorum clamor oreretur, quo clamore significatio⁶ victoriae gratulatioque ab Remis Labieno fieret. Hac fama ad Treveros perlata Indutiomarus, qui postero die castra Labieni oppugnare decreverat⁷, noctu profugit copiasque omnes in Treveros reducit. Caesar Fabium cum sua legione remittit in hiberna, ipse cum tribus legionibus circum Samarobrivam trinis hibernis hiemare⁸ constituit et, quod tanti

¹ temeritas	roekeloosheid
² aequo animo	gelaten
³ expiare	weer goed maken
⁴ laetatio	blijdschap
⁵ fama	gerucht
⁶ significatio	aanduiding
⁷ decernere 3	beslissen
⁸ hiemare	de winter doorbrengen

motus Galliae exstiterant¹, totam hiemem ipse ad exercitum manere decrevit. Nam illo incommodo² de Sabini morte perlato omnes fere Galliae civitates de bello consultabant, nuntios legationesque in omnes partes dimittebant et quid reliqui³ consili caperent atque unde initium belli fieret explorabant nocturnaue in locis desertis concilia⁴ habebant. Neque ullum fere totius hiemis tempus sine sollicitudine⁵ Caesaris intercessit⁶, quin⁷ aliquem de consiliis ac motu Gallorum nuntium acciperet. In his ab Lucio Roscio, quem legioni tertiae decimae praefecerat, certior factus est magnas Gallorum copias earum civitatum, quae Armoricae⁸ appellantur, oppugnandi sui causa convenisse neque longius milia passuum octo ab hibernis suis afuisse⁹, sed nuntio allato de victoria Caesaris discessisse, adeo ut fugae similis discessus¹⁰ videretur.

¹ exsistere 3	de kop opsteken
² incommodum	tegenslag, ongeluk, nederlaag
³ reliquus	overig, ander
⁴ concilium	bijeenkomst vergadering
⁵ sollicitudo	zorg, bezorgdheid
⁶ intercedere 3	verlopen
⁷ quin + <i>coni.</i>	zonder dat
⁸ Armorica	Bretagne
⁹ abesse	afwezig zijn
¹⁰ discessus 4	vertrek

[54] Onbetrouwbaar berouw van de Senones

At Caesar principibus cuiusque civitatis ad se evocatis alias¹ territando², cum se scire quae fierent denuntiaret, alias cohortando magnam partem Galliae in officio³ tenuit. Tamen Senones, quae est civitas in primis⁴ firma⁵ et magnae inter Gallos auctoritatis, Cavarinum, quem Caesar apud eos regem constituerat, cuius frater Moritasgus adventu⁶ in Galliam Caesaris cuiusque maiores regnum obtinuerant, interficere publico consilio conati, cum ille praesensisset⁷ ac profugisset, usque⁸ ad fines insecuti regno domoque expulerunt et, missis ad Caesarem satisfaciendi⁹ causa legatis, cum is omnem ad se senatum venire iussisset, dicto audientes¹⁰ non fuerunt. Tantum apud homines barbaros valuit esse aliquos repertos principes inferendi belli tantamque omnibus voluntatum¹¹ commutationem¹² attulit, ut praeter Aeduos et Remos,

¹ alias ..., alias ...	nu eens ..., dan weer ...
² territare	angst aanjagen
³ officium	taak, plicht
⁴ in primis	vooral
⁵ firmus	krachtig
⁶ <i>abl. temporis</i>	
⁷ praesentire	voorvoelen
⁸ usque	helemaal
⁹ satisfacere	genoegdoening geven
¹⁰ dicto audiens esse	iemands bevel opvolgen
¹¹ voluntas	<i>pl.</i> gezindheid, stemming
¹² commutatio	verandering

quos praecipuo¹ semper honore Caesar habuit, alteros pro vetere ac perpetua erga² populum Romanum fide, alteros pro recentibus Gallici belli officiis, nulla fere civitas fuerit non suspecta³ nobis. Idque adeo haud scio mirandumne sit, cum compluribus⁴ aliis de causis, tum maxime quod ei, qui virtute belli omnibus gentibus praeferebantur⁵, tantum se eius opinionis deperdidisse⁶ ut a populo Romano imperia perferrent⁷ gravissime dolebant.

[55] Indutiomarus zoekt vergeefs steun over de Rijn.

Treveri vero atque Indutiomarus totius hiemis nullum tempus intermiserunt, quin trans Rhenum legatos mitterent, civitates sollicitarent, pecunias pollicerentur, magna parte exercitus nostri interfecta multo minorem superesse dicerent partem. Neque tamen ulli civitati Germanorum persuaderi potuit, ut Rhenum transiret, cum se bis expertos dicerent, Ariovisti bello⁸ et Tencterorum¹ transitu: non esse

¹ praecipuus	bijzonder
² erga + acc.	jegens
³ suspectus	verdacht
⁴ complures	verscheidene
⁵ praeferrī + dat. + abl.	iemand de baas zijn in
⁶ deperdere 3	verliezen
⁷ perferre	uitvoeren

⁸ *Ariovistus was een legerleider (ook wel koning genoemd) van een onderdeel van de Germaanse stam van de Sueben. Hij viel Gallia binnen en was hier succesvol tegen een*

amplius² fortunam temptaturos. Hac spe lapsus³ Indutiomarus nihilo minus copias cogere, exercere, a finitimis equos parare, exules⁴ damnatosque tota Gallia magnis praemiis ad se allicere⁵ coepit. Ac tantam sibi iam his rebus in Gallia auctoritatem comparaverat⁶ ut undique ad eum legationes concurrerent, gratiam atque amicitiam publice privatimque peterent.

[56] De Galliërs scharen zich achter Indutiomarus.

Ubi intellexit ultro⁷ ad se veniri, altera ex parte Senones Carnutesque conscientia¹ facinoris instigari², altera Nervios Aduatucosque bellum

aantal Keltische stammen. In 58 v.Chr. werd hij verslagen door de Romeinen onder leiding van Iulius Caesar. Zie boek I.30 ff.

¹ *De Tencteren (Latijn: Tencteri) waren een Germaanse stam die ten tijde van Iulius Caesar tezamen met de Usipeten vóór 55 v.Chr. uit hun leefgebied werden verdreven door de Germaanse Sueben onder Ariovistus. Zij weken uit naar de rechteroever van de Rijn ten noorden van de Chatten, in het stamland van de Menapiërs, die zelf de wijk namen naar de overzijde van de Rijn. In 55 v.Chr. werden de Tencteren en Usipeten verpletterend verslagen door het Romeinse leger onder Iulius Caesar. Deze veldslag had plaats nabij Kessel (Gemeente Oss). Zie boek IV.1ff.*

² amplius meer, langer

³ labi + abl. glijden uit

⁴ exul balling

⁵ allicere verlokken

⁶ comparare verwerven

⁷ ultro uit eigen beweging

Romanis parare, neque sibi voluntariorum³ copias de fore⁴, si ex finibus suis progredi coepisset, armatum concilium⁵ indicit⁶. Hoc more Gallorum est initium belli, quo⁷ lege⁸ communi omnes puberes⁹ armati convenire consuerunt; qui ex eis novissimus venit, in conspectu multitudinis omnibus cruciatibus affectus necatur. In eo concilio Cingetorigem, alterius principem factionis¹⁰, generum¹¹ suum, quem supra demonstravimus Caesaris secutum fidem ab eo non discessisse, hostem iudicat bonaque eius publicat¹². His rebus confectis, in concilio pronuntiat accessitum se a Senonibus et Carnutibus aliisque compluribus Galliae civitatibus; huc¹³ iturum per fines Remorum

¹ conscientia	medeplichtigheid, het zich bewust zijn van
² instigare	aansporen, ophitsen, prikkelen
³ voluntarius	vrijwilliger
⁴ deesse	ontbreken
⁵ concilium armatum	een vergadering waarbij het volk wapens droeg
⁶ indicere	aankondigen
⁷ = ad quod concilium	
⁸ lex	wet
⁹ puberes <i>pl.</i>	weerbare mannen
¹⁰ factio	partij
¹¹ gener, generi	schoonzoon
¹² bona publicare	goederen verbeurd verklaren
¹³ huc	hierheen

eorumque agros populaturum¹ ac, priusquam id faciat, castra Labieni oppugnaturum. Quae fieri velit praecipit².

[57] Labienus houdt het hoofd koel.

Labienus, cum et loci natura et manu munitissimis castris sese teneret³, de suo ac legionis periculo nihil timebat; ne quam occasionem⁴ rei bene gerendae dimitteret, cogitabat. Itaque a Cingetorige atque eius propinquis⁵ oratione Indutiomari cognita, quam in concilio habuerat, nuntios mittit ad finitimas civitates equitesque undique⁶ evocat: his certum diem conveniendi dicit. Interim prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub⁷ castris eius vagabatur, alias ut situm⁸ castrorum cognosceret, alias colloquendi aut territandi causa: equites plerumque omnes tela intra vallum coniciebant. Labienus suos intra munitionem continebat timorisque opinionem, quibuscumque poterat rebus, augebat.

¹ populari	plunderen
² praecipere 5	verordenen
³ se tenere + <i>abl.</i>	blijven binnen
⁴ occasio	gelegenheid
⁵ propinquus	verwant
⁶ undique	overal vandaan
⁷ sub + <i>abl.</i>	onder, aan de voet van
⁸ situs 4	ligging

[58] Indutiomarus door een list gedood

Cum maiore in dies¹ contempione Indutiomarus ad castra accederet, nocte una intromissis equitibus omnium finitimarum civitatum quos arcessendos² curaverat³, tanta diligentia⁴ omnes suos custodiis intra castra continuit, ut nulla ratione⁵ ea res enuntiari⁶ aut ad Treveros perferri posset. Interim ex consuetudine cotidiana Indutiomarus ad castra accedit atque ibi magnam partem diei consumit; equites tela coniciunt et magna cum contumelia⁷ verborum nostros ad pugnam evocant. Nullo ab nostris dato responso, ubi visum est, sub⁸ vesperum dispersi⁹ ac dissipati¹⁰ discedunt. Subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit; praecipit atque interdicit¹¹, proterritis¹² hostibus atque in fugam coniectis (quod fore, sicut accidit, videbat) unum omnes

¹ in dies	van dag tot dag
² arcessere 3	ontbieden
³ <i>sc. Labienus</i>	
⁴ indiligentia	nauwgezetheid
⁵ ratio	manier
⁶ enuntiare	verbreiden, verraden, bekendmaken
⁷ contumelia	hoon, smaad
⁸ sub + <i>acc.</i>	tegen
⁹ dispergere 3	verspreiden
¹⁰ dissipatus	verstrooid
¹¹ interdicare	verbieden, voorschrijven
¹² proterrere 2	op de vlucht jagen

petere¹ Indutiomarum, neu quis quem alium prius vulneret, quam illum interfectum viderit, quod mora² reliquorum spatium³ nactum⁴ illum effugere nolebat; magna proponit⁵ eis qui occiderint praemia; summittit⁶ cohortes equitibus subsidio. Comprobat⁷ hominis consilium fortuna, et cum unum omnes peterent, in ipso fluminis vado⁸ deprehensus Indutiomarus interficitur, caputque eius refertur in castra: redeuntes equites quos possunt consecantur⁹ atque occidunt. Hac re cognita omnes Eburonum et Nerviorum quae convenerant copiae discedunt, pauloque habuit post id factum Caesar quietiorem Galliam.

¹ petere	afstormen op
² mora	oponthoud, gedraal
³ spatium	ruimte, gelegenheid
⁴ nancisci	verkrijgen
⁵ proponere 3	voor ogen stellen
⁶ summittere 3	(te hulp) sturen
⁷ comprobare	goedkeuren, als juist bewijzen
⁸ vadum	ondiepte
⁹ consecari	achtervolgen